

Joa. Lange.

*Apologia*

in ...

*Spenerum.*

1712

Ji  
5939s

H

21  
JUSTA  
**APOLOGIA;**

QUA CUJUSDAM  
**THEOLOGI WITTENBER.**

GENSIS

maledicas φλυαρίας,

in

**B. D. PHIL. JAC. SPENERUM,**

ALIOSQUE SINCEROS ET INNOCENTES THEO-  
LOGOS, SUMME INJURIOSAS

discutit,

SUAMQUE IPSIUS INNOCENTIAM  
DENUO IN APRICUM

profert,

**JOACHIMUS Lange/**

SS. Theol. in Regia Frid. Prof. Ordin.


---

HALLÆ MAGDEBURGICÆ,  
PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.  
M DCC XII.

21



1927 K 88



## PROLEGOMENA.

§. I.



Dicit non ita pridem Theologus Wittenbergenis, D. Wernsdorffus, disputationem de Theologia Experimentali, uti in alios innocentes, sic etiam in me, admodum injuriosam, nunc paucis, at solide, discutiendam. Apologeticæ vero huic dissertationi ut suus constet ordo, ante omnia audiendus est Præses in suæ ad Respondentem epistole initio; utpote quod quo ordine caussa in præsens mihi dicenda sit, ostendit. Sic autem ille orditur: *Dum ex Academia nostra in patriam reversurus luculentum eruditionis Theologicæ specimen meditaris, parum abest, quin Tuam, Vir amplissime, vel in scribendo liberalitatem, vel in elaborando patientiam admirer. Quum enim alii satis habeant aliquando unum argumentum idonee disputatione, tute, qua es ingenii capacitate, una, eademque dissertatione, duas, ejusdemque non non nullius momenti, controversias erudite, copioseque perirradias. Ex instituto quidem experimentalis Theologiam, qua sibi hoc tempore mystici maximopere placent, Tibi examinandam sumis.* Ante vero quam hoc aggreditur,

A. 2

ris,

ris, de notitia rerum divinarum in homine impio quid sentias, prolixiuscule exponis. Etsi autem videri queat, te hoc labore propositum supersedere potuisse, quod de hoc argumentato ultero citroque justis propemodium voluminibus est disputatum; scio tamen habere te graves, ac vehementes causas, ob quas tuam de illa controversia sententiam procul ambagibus aperire volueris. In primis te simulavit summe Reverendi Ordinis Theologorum in Academia Argentoratensi voluntas, cuius maxime Venerabilis PRÆSES auctor tibi fuit, ut, quantum a novaturientium opinione deflefas, si qua se daret occasio, ediffereres. Quod ipsum uti te PROMORE, id est, copiose, SOLIDE, MODESTÆ, QVE fecisse gaudeo; sic eo etiam nomine tua mihi opera insuavis non est, quod matæologum Hahlensem, cuius vel nomen adscribere poenitet, subinde pro meritis excepisti.

## §. II.

Symmachus hic Wernsdorffianus, præceptoris sui, aliorumque malevolorum, hortatu, ex aliquot annis chartas aliquot maledicas edidit, inter innocentes alios, mihi præcipue oppositas. Quibus quam præclare steterit, Viri prudentes, præcipue intra ipsam Wittenbergam, haud ignorant. Alii enim commiserationis, alii indignationis, plurimi utroque, affectu foetus istos exceperunt, mihiique, quid faciendum esset, præverunt. Et ex his eos præcipue imitatus sum, quibus miserrimus hominis status indignationem non permisit. Quis enim prudens irasci solet furentibus? Disputationis primæ, aut potius libelli famosi, titulus promittebat refutationem libri mei, quem de *Mentis Medicina* scripsi; sed tractatio eam ne ita quidem attingebat, ut tipula aquam. Paulo post, a CL. BODENBURGIO, Berolinensis Gymnasi Rectore meritissimo, me non monente, castigatus, perrexit adversus me debacchari, & quidem in *cathedra*, ut ait, *Lutheri*, sibi maximo gratulatus opere de hac sua malædiciæ palæstra. Quæ dein-

de

de edidit, prioribus haud erant meliora, aut rectiora, sed utique mentem auctoris temerariam & philomoria ebriam probabant, adeo ut ipsorum etiam Argentoratensium non pauci, quibuscum hic vel commorantibus, vel hac transeuntibus, mihi fandi copia data est, de hoc patriæ suæ dedecore sincere dolerent

## §. III.

Et cum hic scriptor existeret optimus, saltem sufficiens, sui ipsius refutator; ego responsionis labore potui supersedere: atque id data occasione mox publice testatus sum. Sed ille, hoc silenti mei testimonio in majorem furentis animi obstinationem verso, criminari perrexit eo audacius, quo ipsi gratior, tutiorque impunitatis spes erat a me facta. Quam ego, etiamsi petulantiores impetus hinc præviderem, ut tamen laceffenti facerem, bonæ causæ illustratio, hinc certo redundatura, me permovit. Nunquam enim veritatis vis est major, aut se evidentius in prudentum (imprudentum vero iudicia & malevolas voculas quis curabit?) animis exserit, quam ubi inepte & impotenter fuit impetita. Quid? quod prævidebam, fore, ut pars illa Lutheri cathedræ, quæ hodie in purioris doctrinæ depravatione & Romani cūjusdam dominatus affectatione perseverat, per hunc clientem, & promachum suum, se publico per ecclesiam universam ludibrioscens volensque exponeret, & hac ratione iniquitatis suæ mysterium, quod non raro mira specie incrustare & obtegere solet, reiectum ipsa in apricum proferret. Id quod jam factum esse, mea quidem ac veritatis causa gaudere poteram; sed tamen potius ex amino doleo. Etenim resagitatur totius ecclesiæ evangelicæ, quæ hac ratione pontificiorum, aliorumque, calumniis indignissimum in modum exponitur. Ut vero hi, quos antichristianus hic conatus in præceps, & sinistrum de universo coetu nostro judicium

abripit, magis magisque intelligent, ex uno alteroque filio, nequaquam judicandum esse de indole ipsius matris, ecclesię nostrę; mihi nunc denuo pro tantopere violata ac conculdata veritate atque innocentia dicendum est testimonium. Ethac ratione illis etiam, quorum animi intra ecclesiam nostram malis artibus quasi fascinati sunt, suspensique tenentur, utiliter inservit.

## §. IV.

Hæc, Lectores, est ista Ferberiana scribendi liberalitas, & patientia, a D. Wernsdorffio tantopere celebrata. Certe enim, quod ego quidem me audire, aut legere, memini, præter modo dictas, miserrimi sui animi interpres, charitas maledicas, quas Præses laudando suastecit, Wernsdorffianus hic cliens nil edidit: nisi inter elaborata ista referre voluerit scriptum aliquod philosophicum: id quod Professoris aliquujus Argentoratensis, jam defuncti, foetum esse, Argentoratenses cives, rei litterariæ, quæ ad Academiam patriam pertinet, non ignari, omnes, quotquot mihi docto sermone ex eo tempore coram innotuerunt, uno ore ultro asseverarunt, indignati civis sui levitatem, qua, aliena pro suis venditare, non sit veritus. Id quod cum ad me nihil pertineat, referentium fidei, mihi quidem haud suspecta, relinquo, certus, ab ejusmodi ingenio, quale is etiam alias prodidit, nihil solidi scribi potuisse, aut posse,

## §. V.

Nec tantum in scribendo liberalitatem, sed etiam MODESTIAM Ferberianam laudat D. Wernsdorffius, ratus, cum, qui ipsum impudentia ac puerili petulantia non superat, singularēmodestiæ laudem, quam ipse etiam inter maledicendum adfectat, mereri; in primis cum non nunc tandem, sed PRO MORE, ipsi MODESTE scribere dicatur. Non vero liberalitatis ac modestiæ virtus in commilitone hoc Wernsdorffia-

dorffiano sola est, sed virtus in ipso, pro Præsidis elogio, virtutem auget ornatque, modestiam *angeli Beata*, qua, quæ scribit, PRO MORE suo SOLIDE scripsisse dicitur. Quod si postrema exordii epistolici verba consideremus, manifestum est, calamus strictum esse non contra me solum, sed etiam contra omnes illos sinceros servos, quos *arrimeuevav* impietas pietismi scommate insectari solet. Idem tota scriptoris series comprobat; quippe quæ, inter multos alios, Theologum de ecclesia evangelica sincere longeq; meritissimum, SPENERVM, subinde expresso nomine, tanquam *heresarcham & perditissimum fanaticum*, denuo e Lutheri cathedra proclamavit.

## §. VI.

Quæ cum ita sint, facile constare arbitror, quinam mihi ordo in respondendo servandus sit. Partiar materiam in duas Sectiones: quarum prior erit generalis, posterior specialis, ea, quæ ad me pertinent, speciatim discussura. Sectio prior duobus constabit membris; quorum prius de soliditate, posterius de modestia D. Wernsdorffii ager. Posterior, itidem duobus constans membris, priore disputantis *angeli lav* in mere spiritualibus Theologicam, maledicentiæ summæ junctam, posterior ejusdem fastum manifestabit. Et ita quidem, ut nequaquam convicia conviciis pensentur, sed his soli ipsius cathedralæ in sui præsidium relictis, dicatur, quod res est, ea stili libertate, quam res ipsa necessario requirit.

## §. VII.

Resvero mihi est cum solo disputationis Præside, non quod hic respondentे suo sit multo cultior meliorque, sed sequentes ob rationes justissimas: 1. Est continuator *certaminis*, quod malevoli contra Spenerum aliosque innocentes, invito Deo, inchoarunt. 2. In Disputationibus suis de *gratia docente* me plane puerilem in modum quam petulantissime lacestrivit; cum tamen ego vindicias meas, quas pro Spe-

Spenero, tantopere læso, scripseram, non ipsi, sed potius D. Schelwigio opposuisse. Respondi in *Dissertatione Elenctica*, Epicrisi Epistolicæ subjuncta, si loque libero quidem, at placido, ac gravitatem Theologicam decente, suam ipsi *ἀπομάχια* detexi, vindicatis CXV. Scripturæ locis, quæ in una, eaque haud longa, disputatione per *ὑεδημηνία* detorta in errorum suorum patrocinium abripuerat. Hic quandoquidem veritati cedere haud vuluit, sese debebat præstare virum, eaque moderatione, qua ego usus eram, disputationum suarum, in primis illius, quæ præ reliquis a me discussa erat, vindicias scribere. Sed per integrum fere biennium, siluit, Grammatico illo *non possum*, ut ita loquar, in *nolo* convertens, impotentis & fastuosi animi sui ira in vindictæ occasionem dilata. Quæ ubi diutius contineri non potuit, post minas, aliaque ὑπέρουντα ματαόγητος verba, quibus nie, injuriis ipsius per Dei gratiam & per veritatis præsidia exemptum, identidem, cum suis loquens, insestatus est, tandem erupit tanta cum virulentia, ut dubium sit, utrum solo fastu ebrius disputator interiora sua ita conspicienda præbuerit. Sed nolim ego hanc scriptioris temulentiam alij causæ, quam soli cathedrali fastui, iracundia juncto, adscribere. Et huic patellæ Wernsdorffianæ cum quereretur operculum, nullum Ferberiano convenientius inveniri potuit.

### §. VIII.

D. Wernsdorffius<sup>3)</sup> totam disputationem, quanta est, suam fecit, non solum quia, ut conscriberetur, auctor exstitit, conscriptamque præsidio suo approbavit, ac defendit; sed etiam ex eo, quod eam galeato, at maledicentissimo, prologo quasi communitam, de meliore nota commendavit, & singulari *ἀποβίταις* & modestiæ encomio exornavit. Quid? quod Respondens nihil fere scripserit, nisi quod e præceptoris sui,

sui, ad quem subinde provocat, ore schedisq; antifanaticis, quæ vocantur, magna ex parte hausit. Qui cum tantopere ab erraverit, & ubiq; judicii ac solidæ eruditioñis defectum prodat, pro indignatione commiserationem meretur. Abeat ergo in patriam suam, sua ibi fata experturus; ubi, quia Deus justus est, ipsi, nisi ad saniorem, quam ei opto, mentem redierit, fortasse ad hoc in hac vita sero exedendum erit, quod Wittenbergæ intrivit. Nihil rei mihi cum ipso est, aut erit, quemadmodum jam ante hac publice protestatus sum. Quis enim se sapere, desipenti demonstrare sataget? Optima quæque ipsi opto, præcipue, ut a civibus suis, quos sane Argentorati prudentes piosque habet, monitus in gratiam redeat non me cum, utpote qui ipsi non irascor; sed cum veritate, tantopere læsa, & cum Deo, qui in servis suis non perpetuo *μυκτεράς*. Quod si perrexerit maledicere, & adversus veritatem tam crudis conatibus grassari, Wittenbergenfis cathedræ, ubi talia dicit, reatus augebitur, veritatis victoria eo luculentius amplificata. Ego sane, si per disciplinam Christianam, liceret, aliis male precari, precarer, ut non solum hic Wernsdorffianus commilito ea, qua coepit, via pergeret, suam, suique præceptoris, indolem atque orthodoxiam, scribendo denu-daram, turpiter dare; sed etiam ut Doctor ille Wittenbergenfis, quandoquidem a papali fastu ac evangelicæ veritatis, si bonam hujus partem consideres, conculcarione remittere haud vult, plures ejusmodi symmachos haberet, aut adhuc formaret, qui cum Ferberiana scribendi liberalitate, modestiaque ac *ανθιστάσια*, ipsius causam agere possent. Hac enim ratione germinaretur veritatis victoria, & in puriore Dei coetu magis magisque intelligeretur, quales heroas hodie in Lutheri cathedra Wernsdorffiana orthodoxia formaret; iis tamea qui disputatori nostro dissimiles sunt, hinc omnino exceptis.

B

§. IX.

## §. IX.

Et tales Wittenbergæ esse omnino permultos, eo minus dubitabo, quo magis spero, Viros Sumine Reverendos, D. D. FEUSTKINGIUM, & D. D. CHLADENIUM, iracundum collegæ sui fastum, & maledicas eius φλυαπίας, quibus uti mihi, sic etiam tot aliis innocentibus denuo insultavit, haud adprobare. Idem ipero de reliquis Academicis ordinis Viris celeberrimis, propemodum omnibus. Et pro hac innocentiae meæ fiducia, bona&eq; causæ conscientia, primum constitueram, hanc Apologiam meam Magnifico Juris Consultorum Collegio dedicare, tacitumque illorum judicium super hac re demisse rogare, ut nimirum dijudicarent, anne Wernsdorffiana epistola una cum ipsa disputatione, tecundum principia iuridica & moralia pro libello famoso, proprio sic dicto, omnino habenda esset? sed mutavi sententiam, præcipue eam ob causam, ne qua impotenti D. Wernsdorffii animo daretur occasio, qua fortasse ille uni atque alteri, de ipsius maledicentia non ad votum ipsius sentienti, aliquid invidiæ affaret.

## §. X.

Ceterum poteram hanc Dissertationem apologeticam sub forma Disputationis in lucem proferre, eamque ita publicæ disquisitioni submittere, ut petulantia Wernsdorffiana coram frequentissimo auditorio, adhibita simul lingua interprete, fuisset castigata: sed absit hic modus disputandi a cathedra nostra Theologica! abfit per omnem modum! Maneat Lutheri cathedra apud unum atque alterum maledicentiae & hæresiopoeiae palæstra; quandoquidem omnem illi existimationis suæ curam constanter abjicere volunt. Ego ne justissimam quidem apologiam tractare volui coram juventute Academicâ in cathedra; sed potius hoc ipso tempore, quo illa editur, publicam Disputationem meditor de Mysterio Λόγου ὑποστάτη, brevi habendam, instantibus feriis, nati Salvatoris

toris nostri memoriae sacris, convenientiorem. His ordinis causa ita præmissis succincta ipsius rei tractatio succedat.

---

SECTIO PRIOR SIVE GENERALIS.

MEMBRUM I.

DE

DISPUTANTIS SOLIDITATE,

seu *Anspicere*.

§. I.

**T**ria hoc membro momenta primaria probe sunt notanda, ut sua demonstrationi meæ lux ac veritas constet: 1. *Quos?* 2. *Quid?* 3. *Quonodo?* impugnet D. Wernsdorffius. Ad primum quod attinet, non solum me adoritur, sed etiam, uti jam monui, omnes illos, quos novit, a cathedræ suæ dictatura haud dependere, & errori, qui de illuminatione impiorum ecclesiæ obtrudebatur, contradixisse. Inter hos præcipue numerat SPENERUM, BREITHAUPTIUM, BILEFELDIUM, MAJUM & alios, partim speciatim, repetita nominis mentione, partim generatim appellatos. Et cum ipsis Lipsiensibus Theologis, præcipue venerabili totius Academiæ & ordinis Theologici Seniori, antea superbe intultaverit, non dissimulat; etiam hunc aliquod disputationis suæ objectum esse.

§. II.

Quid in iis ecclesiæ doctoribus, qui a nonnullorum auctoritate haud pendent, in præsens a disputante impugnetur, notum est: nimirum, doctrina illa Apostolica & vere Evangelica, qua statuitur, genuinum, seu supernaturale, spirituale ac vivum cognitionis theologi-

B 2

ce

cæ , seu veræ illuminationis, habitum solis regenitis seu credentibus & piis competere , impios vero ~~amet~~ tantum historicam habere Dei rerumq; divinarum notitiam , naturalibus viribus , circa objectum revelatum naturali tantum modo occupatis , acquisitam , eamque pro constitutione ac indole sua naturalem esse ac nude litteralem.

## §. III.

Hæc doctrina ab ecclesiæ doctoribus ad verbi divini præscriptum ita tuit proposita, ut omnes rimæ *Donatismo & Enthusiasmo* fuerint præclusæ. *Cautiones* istas, quibus hæc doctrina ab iis fuit intellecta, traditaque & adstructa, in unum collectas exhibui in *Repetita Solida Demonstratione* p. 5. seqq. demonstrationis ergo hic necessario repetendas:

1. *Scriptura sacra est verbum DEI adeoque non est littera mortua, sed medium salutis nostræ efficacissimum, saluberrimum ac necessarium, per quod gratia applicatrix in adultis sese exserit.*

2. *Sensus scripturæ per se est unus tantum & quidem γραμματοπνευμaticus simul, ideoque non commode distinguitur in litteralem & spiritualem, quasi unus per se esset sine altero, & hoc respectu duplex Scriptura sensus existeret.*

3. *Verus sensus litteralis etiam ab impio historice potest percipi, & inde ab eodem vera notitia litteralis acquiri.*

4. *Vis Spiritus S. illuminatrix vero sensui litterali, e Scriptura S. per propriam hominis illuminandi, vel per aliorum, interpretationem pædagogice percepto, semper, etiam in intellectu hypocrita & impii, actu primo, seu operandi potentia, ita adest, ut etiam actu secundo, seu ipsa operatione, sese exserat, in quantum homo, ad cuius conversionem & illuminationem illa operatio tendit, illud permittit. Etenim et si est universalis hæc operatio, cuivis oblata, tamen irresistibilis, seu absoluta, non est.*

## §. IV.



5. Intellectus est πρῶτον dexterum, in ordine ad necessariam verbi divini pædagogiam, qua Spiritus S. gratia applicatrix utitur, ad hominis conversionem tendens, atque ita conversio ratione necessariæ hujus pædagogiae, incipit ab intellectu.

6. Homo in mere spiritualibus plane mortuus est, & impotens, omnibus viribus ad sui salutarem restitutionem plane destitutus, applicatricis gratiæ, merito Christi nixa, summe indigens.

7. Notitia impiorum Theologica quando naturalis dicitur, hæc denominatio non sit in oppositione ad principium supernaturale, seu divinam revelationem, quasi citra hanc esset acquisita, aut acquiri potuisse.

8. Notitia impiorum litteralis, seu historica, respectu pædagogia sue, quæ gratiæ Spiritus S. applicatrici inservit, per se non est perniciosa, sed utilis, nec per se est diabolica.

9. Gratia applicatrix ad hominis conversionem ordinarie tendit & pervenit per certos gradus, speciatim præveniendo, magis præparando, ipsumque conversionis opus perficiendo.

10. Gratia præveniens, stricte & proprie sic dicta, excitat in mente aliquam supernaturalis luminis scintillam.

11. Gratia prævenientis motus primi sunt inevitabiles; siquidem nostram deliberationem ita antevertunt, ut in nostra potestate non sit, impedire, quominus orientur: & hoc respectu ut nulli mortali, sic nec ateo, denegatur gratia præveniens. Quemadmodum enim Deus in ordine regni naturæ impium sepe ex improviso per naturales conscientiæ stimulos & morsus ciet movet; sic idem multo magis facit in ordine ad regnum gratiæ, per verbi divini pædagogiam.

12. Gratia præparans excitatam scintillam auget, aliquantum penetrantiore luminis supernaturalis virtute mentem perstringens.

13. Multi homines diu larent sub gratiæ præparantis di-

sciplina, antequam gratia, fidem salvificam accidenti, ac conversionem perscienti, locum relinquant.

14. In homine, ante completam sui conversionem sub gracie propagantis disciplina, & in gratie perscientis limine, constituto, non est omnis rerum divinarum notitia mere litteralis, & mere historica, sed eidem jam quodammodo inest indoles quedam supernaturalis & spiritualis, tanquam aliquod illuminationis iuitium.

15. Gratia præveniens & preparans est eadem, que gratia adsistens, ab inhabitante distincta, eamque antecedens, & prima quasi conversionis stamina ducens.

16. Datur etiam gratia ministerialis, sic dicta a verbi ministerio, cui adsistit, illud ad hominum salutem dirigens.

18. Impii possunt doctrinam evangelicam sine fundamentis erroribus proponere; ideoque impiorum ministerio non potest denegari omnis efficacia in verbi prædicatione, & particularibus ejus actibus, multo minus in dispensatione sacramentorum.

Impiorum ministerium deserendum non est; sed possunt, immo & debent, regeniti in ecclesia, ordinem amante, salva conscientia impiorum, qui ipsis permittente DEO obtigerunt, ministerio uti.

20. Experientia rerum divinarum spiritualis non est principium, aut comprincipium cognoscendi normativum; nec datur aliud principium internum, quod veræ cognitionis norma ac regula sit, sed hic honor merito soli scripturæ sacrae, recte intellectæ, relinquitur.

21. In relapsis post excusam gratiam inhabitantem & fidem, remanet paedagogia sensus & notitiae litteralis, cui gratia Spiritus S. revo- catrix ita adest actu primo, seu potentia, ut etiam actu secundo, seu ipsa operatione, pulsando atque movendo sese exserat, hominis reductionem intendens.

22. In nonnullis relapsis, præter notitiam simplicem, etiam assensus aliquis generalis remanet.

23. De-



23. Doctrinæ evangelicæ puritas & integritas magno studio est conservanda, non solum in fundamentalibus, sed etiam in non fundamentalibus: nec datur vera pietas, seu vera voluntatis emendatio, sine vera doctrina fundamentali, & sine conjuncta intellectus emendatione.

24. Speciatim doctrina evangelica sarta tecta conservanda in enduque est a corruptelis fanaticorum, vere sic dictorum.

## §. IV.

Vis harum cautelarum, seu axiomatum ut eo esset evidentior, iis codem in scripto subjunxi sequentes observationes axiomaticas:

I. Vi adpositorum axiomatum doctrina evangelica de illuminatione, & eo pertinentibus materiis, sarta & tecta conservatur, tandemque a corruptelis fanaticorum & Pelagianorum:

1. FANATICORUM, secundum axiomata pleraque, uti manifestum est. Speciatim iisdem occurritur errori Donatistarum circa ministerium impiorum.

2. PELAGIANORUM, secundum axioma 9. & seqq. quibus salatis nostræ restitutio nullo modo viribus humanis, sed in solidum gratiæ divine adscribitur, nec quidquam, quod gratia est, naturæ tribuitur.

II. Positu axiomata nequaquam vel tota, vel ulla ex parte, nunc demum conceduntur, sed semper concessa, nunquam negata sunt, a Spenero aliisque, temere impugnatis. Ubi liberrime provoco ad scripta Speneri & aliorum, in quibus nunquam me contraria legisse bona fide testor. Provoco itidem ad exigua mea scripta, in quibus modo dicta axiomata passim occurrunt, et si non hoc ordine & præcise his verbis; id quod ad rem ipsam nihil facit. Singula vero aliorum, ac mea scripta ut nunc percurram, & hic multas plagulas testimoniis impleam, nec instituti ratio, nec rei necessitas, exigit. Sunt illa in manibus auctoresque, satis evidentiæ ac convictionis habentia. Nec inde erui potest contrarium, nisi per malitiam & detractionem verborum, per se innocentium, & partim jam dudum ex abundantia declaratorum.

III. Qui per FALLACIAM, seu MALITIAM, COMPOSITIONIS, qua heterogeneorum auctorum scripta in unam confidi pietissimi mas-

*massam constari solent, innocentibus alienas hypotheses affingit, prodit ANIMUM PERDITISSIMUM, etiam a naturali & pagana fide, seu sinceritate, alienum.*

## §. V.

Observationibus hisce ibidem a me subjiciuntur sequentes conclusiones axiomatica:

I. Concessis, & nunquam negatis, hisce axiomatibus potuerunt & debuerunt acquiescere *āvitidéyortes*, & abstinere ab insultatione in innocentes fratres.

II. Repetita hac horum axiomatum propositione & declaratio ne ut acquiescant *āvitidéyortes*, per communem in his consensum, per salutem ecclesiae, per sanæ rationis & conscientiae præscriptum, & per amorem Christi obstricti sunt.

III. Quicunque hisce axiomatibus, semper concessis, ac de nno ad conciliandos unimos repetitis, non acquiescent, sed per gent innocentes fratres suos ENTHUSIASMI seu FANATICI SMI & DONATISMI objectione, cui tamen ista axioma directe opposita sunt, impetere, & tanquam CONTEMTORES MEDIORUM SALUTIS AC MINISTERII ECCLESIASTICI ODIOSIS NOMINIBUS TRADUCERE, & pro SECTARIIS, seu nove sectæ conditoribus, PROCLAMARE; illi manifesto deprehendentur agere contra sensum communem, contra salutem ecclesiæ ac contra sanæ rationis & conscientiae præscriptum, ideoque ecclesiam turbare, Jesu Christi, Φλαδλφιαν ac consensionem tantopere commendantis, amore plane exuto, ac NEO-PAPISMO per eiusmodi dominatum & hæresiopociam stabilito.

IV. Speciatim si quis hactenus me meaque scripta FANATICISMI insimulavit, aut post bac insimulabit, hæret, aut hæredit, in MANIFESTO CALUMNIÆ CRIMINE, quicunque criminationes suas colore induxerit.

## §. VI.

Sic inter alia scripsi de illuminatione, sub certa, saltem haud exigua, spe, fore, ut *āvitidéyortes* tandem aliquando remit-

remitterent a pudenda sua *dego<sup>n</sup>maxia*, qua, ut erroribus suis  
fucum illinerent, innocentissimis veræ illuminationis asser-  
toribus identidem *Donatismum* & nescio quantum *Fanat-  
icismum* objectare, immo vi quasi obtrudere, soliti sunt. Jam  
considerandus erit disputandi modus, quo disputator Wit-  
tenbergensis adversus me , aliosque satis accurate &  
caute de illuminatione docentes, usus sit denuo. Obtinet an-  
tiquum, hoc est, denuo in in arenam descendit, *cum prætextu  
orthodoxie*, zeloque proveritate orthodoxa: 2. *cum objectatione  
Donatismi ac Fanaticismi*, eorumque *synaptov*, quæ huc re-  
ferri possunt; quasi meæ aliorumque cautelæ, in anorem pa-  
cis ad conciliandos animos, in publicis scriptis toties & tam  
solemniter repetitæ, nunquam scriptæ fuissent. *Quod si* huic  
viro vel mica salis, bonæque fidei ac humanitatis, hac in con-  
troversia supereffet, jam dudum *acquiesceret* in datis & toties  
repetitis illis cautelis, quibus doctrina hæc adverlus fanatico-  
rum & Donatistarum corruptelas sarta tecta præstatur. Sed  
obtinetur antiquum, & quidem *cum errorum repetitione*,  
per consuetam *panopiac* facta. *Cum de primo* *maxias* membro , seu de *orthodoxie* *prætextu* , nemo du-  
bitet, posterioribus assertis meis ut sua constet fides, paucis  
efficiam.

## §. VII.

Ecce! lector prudens, pro secundo membro aliquot Wittenbergensis *anp*β*ias* & modestiæ flosculos, quibus modo dicta doctrina , tot cautionibus instruta & communita, &, præterea concessionibus *Commentationis Jenensis* confirmata, excipitur :

*Hæc portentosa opinio vocet Christianæ Religioni  
quam maxime:*

*Oeconomiam salutis evertit :  
periculosos de fide errores parit ;  
in efficaciam verbi injuria est :*

C

cum

SECTIONIS PRIORIS MEMBRUM L.

cum praxi christianismi e diametro pugnat:  
planam ad naturalismum diam pandit:  
MINISTERIUM E MEDIO TOLLIT:

&c. p. 4.

*Est error CAPITALIS, quam pii confessores in Augsburga  
Confessione & in Apologia tam in  
ANABAPTISTIS, quam in DONATISTIS damnarunt &c.  
ibid.*

*Quanto risui ac contemtui (per hunc errorem) expositum erit Mi-  
nisterium sacrum? quam periculosus ecclesiam vexabit  
separatismus? quot pestilentes in ordinem sacrum intro-  
ducentur confusiones? ibid. n. r. λ. Supersedeo negotio  
plura huius turfuris dura diraque verba transcri-  
bendi. Sequentur tamen potiora membro se-  
quenti.*

S. VIII.

Jam vestram fidem, lectores! Perpendite hunc di-  
sputandi modum. Sic, uti audivistis, sentit Spenerus, & cum  
Spenero aliisque ego. Sic autem contra nos insurgit Dis-  
putator. Major ne sit in hoc viro disputandi im-  
peritia, an vero impudentia, per quam se inter convicia sum-  
me reddat ἀπογονον, vestrum erit dijudicare. Ego quidem non  
nego, ipsum in spirituali mentis caligine de luce & illumi-  
natione disputare; hunc tamen disputandi, aut potius alter-  
candi, modum ineptissimum, quo ille adversus vi-  
ros innocentes utitur, non possum non ipsius impudentiae  
potius, quam imperitiae, tribuere. Repeto itaque & applico  
conclusiones meas axiomaticas posteriores:

D. Wernsdorffius supra dictis axiomatibus semper con-  
cessis, & denuo ad conciliandos animos jam olim repetitis,  
non acquiescit, sed pergit, innocentes ecclesie doctores En-  
thusiasmi, seu Fanaticismi & Donatismi objectione, cui ta-  
men ista axiomata directe opposita sunt, impetere, & tan-  
quame

quam contemtores mediorum salutis ac ministerii ecclesiastici odio-  
sis nominibus traducere, & pro sectariis seu noræ sectæ condi-  
toribus proclamare. Ergo hic disputator manifesto deprobren-  
ditur agere contra sensum communem, contra salutem ecclesie,  
ac contra sanæ rationis ac conscientiae prescriptum, ideoque tur-  
bat ecclesiam, Iesu Christi, Philadelphiarum & confessionem tantopere  
commendantis, amore plane exuto, ac Neo-Papismo per ejusmodi  
dominatum & heresiopociam stabilito.

Item: Quia D. Wernsdorffius adhuc me meaque scri-  
pta fanaticiſ mi insimulavit, speciatim hæret in **MANIFESTO CALUMNIAE CRIMINE**, quounque criminaciones suas colore in-  
duxerit. Et hoc **CALUMNIAE CRIMEN** eo est gravius, quo  
impudentius repetitum est, postquam editum fuit scriptum  
meum Germanicum, Mittelstrasse zwischen den Altwegen/  
in quo fanaticis, aliisque errantibus & errantioribus, ex professo  
obuiam ivi, & contra ipsorum strophas cultum Dei publi-  
cum, verbique divini auctoritatem & usum, una cum  
ministerio ecclesiastico, afferui & vindicavi, & omnibus vi-  
ribus id egi, ut fanaticæ a veritate aberrationi occurreretur.

## §. IX.

Certe si hæc calumnia non est, non dabitur ulla. No-  
tum est e principiis moralibus, ad calumniam pertinere duo  
falsitatem, seu testimonium falsum, & animum dolosum, qui fal-  
sum proferat in aliorum ignominiam & damnum. Jam  
vero hic adeſt utrumque: 1. *Testimonium falsum*, de Dona-  
tismo & fanaticismo, de ministerio e medio sublato, aut tol-  
lendo &c. quibus, & hujus generis mendaciis pluribus, (de  
quibus Membr. II.) vel meridianus dies in innocentium vi-  
rorum scriptis reclamat. 2. *Manifestus dolus*. Nam disputa-  
tor novit, se mentiri, & hæc mendacia jam vel centies fuſ-  
se prostrata. Et tamen sine fronte eadem repetit, mo-  
do ut agre faciat mihi, aliisque innocentibus, nobisque omni-  
bus coram ecclesia ignominiae, h.e. *Donatismi & Fanaticismi*.

maculam inurat, & , quantum in ipso est, efficiat, ut, tanquam homines pestilentissimi, e muneribus nostris & ex ipsius ecclesiæ consortio ejiciamur. Id quod quam impotenti dominatu una cum symmachis suis molliatur, alibi tuse & solide demonstravi. Sed vana est sine viribus ira ! Interea tamen disputator in manifesto & cumulatissimo calumniæ criminæ hæret.

## §. X.

Hanc criminandi libidinem', in qua *experiens* suæ robur demonstravit disputator, novo exemplo jam declarabo. Habui ante duos annos *disputationem de Experientia rerum divinarum spirituali*, in qua hanc materiam ita tracto, ut sectioni exegeticæ dogmaticam, & dogmaticæ porismaticam subjiciam. Omnia quam cauissime proposita sunt, & præcipue *enthusiasmo* ita obviam itum est, ut illi nullus omnino aditus hic pateat. Nam inter multa alia, hanc doctrinæ hujus innocentiam demonstrantia, p. 28. hæc habeo; *NORMA experientiæ spiritualis est VERBUM DEI*, unica veritatis experimentalis regula. Hanc admirabant Philippenses & retinuerant adhuc, a Paulo olim traditam. Unde hic c. IV. v. 19. in eadem eos confirmat, ipsamque ad eos scriptam epistolam, tanquam normæ hujus partem, huic fini destinat. *Conf. cap. III. 16.* Certe hujus regulæ, spiritualem gustum dirigenis, per magna est necessitas. Quis enim nescit, quanta sit naturæ nostræ labes, quanta gustus corruptio, quanta diaboli, ad animum imaginaria convictione, corruptioque sensu, circumagendum, versutia ? Unde qui regulam verbi negligenter, pro divino gusto illusioni patesceret fanaticæ, ex hac per avideam facile prolapsurus in pertinaciam & temeritatem, parrhesie ac constantiæ nomen mentientem. Quam ob rem in veritatibus minime sufficit, dicere: **ITA SUM INTRA ME HAC DE RE CONVICTUS: HÆC ILLO AUT ISTO, MODO IN ME EXPERIOR** &c. sed convictione nostra ita ad lapidem veritatis

tis Lydium, recte adhibitum, est exigenda, ut eo probetur, probataque inde confirmetur, aut improbata repudietur, saltem corrigitur. Quod ubi sit, ordinarie nulla est convictio de doctrina aliqua interior, quae non ad dictum scripture sacrae aliis, saltem litteraliter, possit demonstrari. Litteraliter, inquam. Etenim spiritualis convictionem homo homini, a gratia ac salutis ordine viaque alieno, nec eam ingredienti, dare potest minime.

Item p. 16. Vera experientia minime cœcæ est, sed oculata, utpote MEDIA inter ἐπιγνώσεων & δοκιμασιῶν, cognitionem & explorationem, ut supra in exegesi vidimus. Pag. 37. Omnis rerum spiritualium convictio & experientia, verbi divini normæ conformis, est genuina & orthodoxa; eidem non conformis, sed contraria, est imaginaria & FANATICA. Item p. 40. Experientiam spiritualem, SCRIPTURÆ SACRÆ, tanquam UNICÆ REGULÆ, conformem, qui ad veram rerum practicarum notitiam requirit, ut necessariam, is neutiquam verbo DEI ad latus ponit aliquid quasi compincipium, sed tantum urget, quod illa in salutis ordine & applicatione requirit &c. Eadem hac de re occurunt in Controversiarum Systemate, seu Antibarb. P. I. p. 134. seqq.

### §. XI.

Sic sentio de experientia spirituali: tam caute de eadem scripsi, scriptaque e sacris litteris demonstravi, & ex abundanti, in gratiam quoque imperitorum atque αὐτοκράτερων, librorum Symbolicorum, Patrum, Lutheri, aliorumque Theologorum, testimonii illustravi & conprobavi, certissime sperans, fore, ut doctrinam, tanta cum cautione propositam, adversarii intactam relinquerent. Huc accedit, quod in nuda tantum didascalia versatus sum, seu in nuda thesi, citra antithesin, & citra ullam, vel minimam, adversariorum mentionem: quæ pacifica proponendi ratio adversarios eo magis intra limites suos continere poterat. Verum enim vero gladiatorio quasi animo me invadit cum committione suo

C. 5.

D. Wern-

D. Wernsdorffius, & rursus, catherali fastu ebrius, post summas injurias alias, in B. SPENERUM, aliosque, & inter hos in me quoque, super doctrina de experientia spirituali effusas, p. 69. dicit, *me non minori cum furore pro FANATICA bac opinione propugnare, &c.* Conf. p. 43. ubi de hac ipsa materia agens: *dolendum est, inquit, Munzerum tot ignorantiae ac soliditatis fratres reliquisse &c.* Quæ quam atroces sint calumniae, quis non videt? Et hæ cumulan- tur per integrum disputationem, quæ, contra solem quasi loquendo, Spenero, mihi, ac aliis, obtrudit errorem, quasi statueremus experientiam spiritualem citra & contra scripturæ sa- cræ normam. Etenim inter multa alia HORRENDA MENDACIA, de SPENERO aliisque p. 40. hæc evomuntur: *Longe a scriptura recedunt FANATICI, qui NEGLECTA VEL INSUPER HABITA SCRIPTURA SACRA ejusmodi sibi fingunt experientiam spiri- tualem, quæ REVERA MONSTRUM EST, solido penitus desluta fundamento.*

## §. XII.

Hunc anilem altercandi & criminandi modum ser- vat ἀντιλέγων in Lutheri cathedra. Qui quantum duplicitas habeat, quilibet animadvertisit. Semper obtinent antiquum adversarii. Primum fingunt fanaticos, uti cathedra seu curia Romana hæreticos. His obtrudunt detestandos errores, a quibus isti quam longissime absunt. Eduntur apologiæ, in- viatis argumentis adstruitur innocentia: sed, præ papali fastu ac mendaciorum conscientia, aut non leguntur, aut non attenduntur. Et interea tamen repetuntur aggressiones eadem eadem cum impudentia; repetuntur iidem imputa- tionum & objectionum coccysma, a diversis veritatis testi- bus decies, immo vel centies, retusi ac prostrati, posita omni victoriae spe, aut præsidio, in tribunitiis per ecclesiam clamoribus, singulari cum impudentiæ dono, sine

fron-

fronte ac sine fine sublati. Unde mirum non est, *Luther* e<sup>c</sup>athedram ex aliquot lustris apud prudentes m<sup>u</sup>le audire, & quasi mundi fabulam fieri. Ne vero ullo sui præsidio exuatur cathedralis hæc mentiendi ac calumniandi libido, infesta fanaticismi objectione, sine fine in publicis & privatis lectionibus repetita, auditores odiis adversus innocentibus inflammantur, horumque scripta istorum manibus excutiuntur; quandoquidem a librorum illorum, in primis apologetiarum, lectione identidem avocantur, tanquam aliquid veneni pietisticæ & fanatici adflatura. Sic formantur novi heroes in bella Domini! Sic fiunt novi pseudohæreticæ pravitatis inquisitores, publici pacis ecclesiasticæ turbatores, eoscentiores, quo proterius sua Pharisaismi larya, ac mendacissimo orthodoxiæ & observantiæ symbolicæ prætextu, se induunt atque incrustant. De iis, qui uno alteroq; præceptore meliores sunt atque manent (quos haud paucos esse, non necio) hic non loquor. *Tv̄j̄or̄o* degenerantis cathedralæ filii qui & quales sint, præ aliis M. Ferberus suo exemplo suisque charis, rerum solidarum ignorantia & maledicentia plenissimis, ecclesiæ comprobat: ex quo *socio suo* ipse D. Wernsdorffius noscitur, alias quidem e se ipso non ignotus.

## §. XIII.

Hæc de disputantis soliditate, criminando præcipue ab ipso demonstrata. Neque hæc fallacia, aut malitia, qua viris innocentibus fine sine alienissimæ sententiæ obtruduntur, sola est; sed comitem ubique habet manifestam errorum, (quæ quidem veritatis specie illinuntur) confessiōnem ac propagationem v. g. impios esse vere illuminatos, eosque res divinas, etiam eas, quæ ad Christianismi praxin pertinent, & sub spiritualem experientiam cadunt, sine spirituali carum experientia, posse solide & spiritualiter intelligere ac dijudicare; Speciatim quid sit pax conscientiæ spiritualissima in Chri-

ſtum

27

stum fiducia? quid gaudium ex amore in DEum ortum? quidque sit odium in peccata. Ceterum integra disputatio est cento e meris fere, partim calumniis, partim erroribus, Fechianis, Schelwigianis, Bucherianis u. r. λ. in Lutheri cathedra suble-  
Etis, tartus, subinde occinens ineptissimas istas argumenta-  
unculas, quae jam inde ab ultimo superioris seculi decennio  
vel centies discussæ, & ita comparatæ sunt, ut a quolibet bono  
Theologiæ tirone refutari, & homini, qui mediocri sanæ  
rationis usu pollet, ne quidem in mentem venire, posint.

## MEMBRUM II.

DE  
DISPUTANTIS MODESTIA.

## §. I.

**N**on solum *expubēcēs*, sed etiam *medefīx*, encōmio a Præside ornatur hæc disputatio. Cujus notæ ejus fit *apl̄bēa*, prudens lector procul dubio non sine indignatione, aut, quod malim, commiseratione jam percepit, veditque, potiores hujus *expubēcias* nervos esse in calumniis, per quas innocentibus gravissimi errores obtruduntur, a quibus tamen sunt alienissimi, & contra quorum objectationem vel centies modo leniter, modo severe ac graviter, potestati sunt. Jam, quæ D. Wernsdorffii sit *MODESTIA*, quam, in commititone suo laudatum adprobatamque, fecit conspicuam, paucis considerabimus. In gratiam eorum, qui virulentissimum hunc toetum legere dedian-  
tur, aliquot speciminum decades hic exhibebo, & quidem non ex integra disputatione, sed tantum e sola ejus *prafatione*. Res ipsi est, uti jam monui, non solum mecum & cum vene-  
randis carissimisque collegis meis, sed etiam cum D. SPENE-

RO,

*RO*, nec non cum viventibus adhuc celeberrimorum nominum Theologis, *BILEFELDIO, MAIO, LANGIO* Altdorfino, nunc Primislaviensi, aliisque, partim expressa nominis mentione, partim generali maledicentia notatis & impugnatis.

## §. II.

Audiamus decadem primam speciminum modestiae Wittbergensis, sic de SPENERO aliisque sinceris Doctoribus statuentis:

1. *Fanaticorum cohors, ferme in furorem aget.*
2. *Pietistæ, genus pietistarum maledicum.*
3. *Nullus facile reperitur fidei articulus, quem non impugnatum eant, & ex summa animi vanitate detorqueant, eidemque heterodoxum sensum affingant.*
4. *Novaturientes pietistæ.*
5. *Effinxerunt NOVAM (majusculis enim litteris haec vox expressa legitur) Theologiam, dimissa illa veteri, pro qua cœlestis veritatis assertores ac vindices, LUTHERUS, CHEMNITIUS, HUTTERUS, HUNNIUS, aliique permulti propugnabant.*
6. 7. *Theologiam mille difficultatibus, præter rationem, & non nisi expetulant libidine excitatatis, involverunt.*
8. *Novatores, qui a veteribus doctoribus dissenserunt.*
9. *Novus Theologiae pietisticæ, & in primis Halensis, habitus cum Scriptura & puriorum placitis doctorum pugnans.*
10. *Certe nova Theologie facies, quæ a D. Spenero in der Gottesgelahrtheit p. 37. & in Piis Desideriis p. 13. D. BREITHAUPTIO in Disputat. de Notis Candidati Minist. Eccles. itemque in Disputatione de Vera Dei rerumque sacrarum notitia; D. MAJO in Disp. de Theosophia p. 29. D. JO. MICH. LANGIO in Disp. de rectâ in Theologicis sententia c. I. §. 8. JOACH. LANGIO in Antabarbaro paſsim; D. ZIEROLDO in Synopsi Veritatis p. 138. itemque*

D

in



in *Introduct. ad Hist. Eccles. Part. II. c. I. &c.* denique *D. BILEFELDIO in Disputat. de Theologia pia unice vera, proponitur.*

## §. III.

Hunc calumniarum cumulum continet Præfationis pagina secunda & tertia. De maledico ejus initio , quo pagina prima commaculata est, deinceps dicetur. Audiamus secundam calumniarum decadem :

1. Non erubescunt divinæ veritativim inferre.
2. Dici non potest, quanta hac Novaturientium sententia moverit certaminā, quantas illa causat a fuerit lites,
3. Pestilentissimus error de Theologia.
4. Pictissimi dñigenps seu nugamentum.
5. Portentosa opinio.
- 6--10. Opinio ista christianæ religioni quam maxime nocet, oeconomiam salutis pervertit, periculosos de fide errores parit , in efficaciam verbi injuria est.

## §. IV.

Hæc in parte paginæ quartæ dimidia. Tam enim calumniarum terax hic est Disputationis ager modestia laude ab ipso Præside ornatus ! Considereremus novum tertiae decadis proventum :

1. Opinio ista cum praxi christianismi e diametro pugnat.
2. Planam ad naturalismum viam pandit.
3. Ministerium e medio tollit.
4. Summam confusionem introducit.
5. Ad turbandam veræ ac Lutheranæ ecclesiæ pacem & quietem recte veluti tramite tendit.
6. 7. Error capitalis : error Anabaptistarum & Donatistarum in Augustana Confessione & ejus Apologia damnatus.
8. Fanaticorum cohors, quacum Schwencfeldus easdem tibias inflat.

9. Quan-

9. *Quantoris ac contemptui expositum erit ministerium sacram?*

10. *Quam periculosus ecclesiam vexabit separatisinus?*

§. V.

Hæc modestiæ specimina, in tertia calumniarum decade conspicua, eadem pagina quarta exhibit. Audiamus quintam & sextam decadem:

1. *Quot pestilentes in ordinem sacrum confusiones (per errorem istum capitalem) introducentur?*

2. *Quot infinita mala prement ecclesiam turbabuntque?*

3. 4. *Pietistæ: quorum doctrina absurditatis pariter ac impietatis plena est.*

5. *Hodierni sanctuli: contradicentium turba.*

6. *Novatores, quanta impudentia in cœlestem veritatem injuriū.*

7. 8. 9. *Novaturientes Theologi: Pietistæ: heterodoxa opinio.*

10. 11. 12. *Puerile contradictionis vitium. Puerilis impudentia: Novatores: maxima absurditas.*

13. 14. 15. *Non minoris furore &c. Tanta est fanaticorum impietas, ut nulli sibi ducant religioni, pro lubitu scripturæ locis sensum affingere  
x. t. A.*

16. 17. *Fanatici, fanatici. Quid magis horrendum & diabolicum dici cogitarique potest? (scilicet, quam solis regenitis tribuere genuinam Dei agnitionem, seu cum Joanne negare, eos, qui præcepta Dei non servant, Deum vere agnoscere) I. Joh. II, 3, 4. IV, 7, 18.*

18. *Monstrosa distinctione (inter cognitionem theologicam tantum litteraliter seu historice, & simul spiritualiter, veram.)*

19. *Monstrum in Theologia invisum atque inauditum.*

§. VI.

Hæc habet Wittenbergensis modestia usque ad p. 13. Successante paginis seqv. nova decas, eaque itidem geminata, seu septima cum octava:

1. *Male fani hi disputatores.*

2. *Novatores in Theogiam irregenitorum serviant.*

3. 4. *Ex litera scripture concipere notitiam historice, & hanc no-*

D 2

*eitiare*



titiam naturaliter & historice veram esse. non autem spiritualiter, sunt verba hominis extra sermōti (de SPENERO & ZIEROLDO speciatim sermo est) aut ψυχης, qui inſtar bestiae est.

5. 6. Novatores : impudentissima mentiendi libido.

7. Φρεγιαὶ ἀκέσμετα, in schola Spiritus Sancti inaudita (scilicet Theologicæ cognitionis habitum in impiis naturalem esse.)

8. Pietistæ. Impiorum notitiam CARNALEM (in genuino sensu, de quo Spenero, hic p. 17. citato, sermo est) carnalem vocare, est carnale judicium, a Spiritu mendacii profectum, injuriumque in Scripturam sacram.

9. Fanaticum & plusquam carnale, si non prorsus diabolicum est judicium.

10. Insania & injuria fanaticorum.

u. 12. 13. Novatores. Hi (de Spenero citato speciatim sermo est pag. 19. ) non nisi per crassissimam ignorantiam ea, quæ rationis sunt, cum iis, quæ ad revelationem spectant, turpiter inter se confundunt. Hos inter (verba sunt modeſte disputantium) primo nominandus est loco D. SPENERUS.

14. 15. Fanaticorum turba : hæc non erubescit summa imis miscere.

16. 17. Hæc fanaticorum philosophia de rebus sacris ridetur & pro non ente habetur.

18. Insanum horum hominum cerebellum.

19. 20. Theologia fanaticæ : hanc eo minus tolerandam censemus, quo magis scripturæ sacræ adversatur, & quo pestilentiora, ac doctrinæ christiane pernicioſiora consecraria post se trahit. p. 20.

### §. VII.

Habes, prudens lector octo decades speciminum modestiæ Wittenbergensis. Quod si quis existimat, me criminationes justo largius computasse, aut me semel atque iterum ex uno specimine duo fecisse; rem, quælo, ad vivum executiat. Sic deprehendet, me in calculo subducendo a vero haud aberrasse. Quid? quod non temel calumniam geminatam pro simplici posui v. g. *insania fanaticorum*. Etenim duæ grandes sunt calumniæ, aliquem innocentem & in theo-

theologicis a vero haud aberrantem (nec autem aberravit Spenerus cum reliquis, quos modestia Wittenbergensis tot criminationum & mendaciorum plaustris exceptit) vocare *fanaticum*, ipsique tribuere *insaniam*. Immo fac, hunc calumniarum numerum esse una alteraque decade minorem. Ecce mantissam, ex ejusdem præfationis extremo; quam quis pro llibitu suo vel ad octo decadum integritatem, vel ad integræ centuriæ complementum, referre poterit:

*Novatores: ineptissima Theologia.*

*Horrendie blasphemias Novatorum phantasmata.*

*Purioris ecclesie & ipsius Spiritus S. doctrinam pervertere su-  
dent.*

*Eant fanatici, insaniant tam diu, donec se sentiant insanire.*

*Maleferiati homines: ipsorum fraudes, imposturae, ac pueriles de-  
tortiones.*

*Fanatici: ipsorum Theologia nova.*

*Novatores: ab ipsis Theologia experimentalis est heterodoxe ex-  
plícata & pro raxia animi propugnata.*

*Theologia NOVA, a qua veterani Theologi ad unum omnes  
differerunt.*

### §. VIII.

Hæc hactenus de modestiæ Wittenbergensis specimi-  
nibus, quæ sola Disputationis Præfatio exhibit. Ubi rur-  
sus notandum, potiorem impetum adversus Beatum  
SPENERUM, hic decies octies expresse nominatum, con-  
verti; utpote qui disputantibus inter *fanaticos*, quos ipsi  
communiscuntur, est *primus, medius, & ultimus*. Quod si enim  
eorum, qui denuo, quasi solenni quadam promotione, ex  
cathedra Lutheri fanatici proclamati sunt, nomina respicias  
in Præfatione, *Speneri nomen ultimo loco repetitum videas*:  
Idem aliquoties cum ignominiae nota allegat sermo *medius*:

D 5

ab



ab eodem arcessitum est initium. Etenim a Spenero incipit maledicentia, mentiens, Spenerum pietatis praetextu & ex novitatis pruritu nimioque studio, ecclesia orthodoxe maximo extitisse detimento, trifissimo eventu comprobante, quantopere, summa bac temporum metamorphosi, novi ipsius mores, novaque dogmata vetera corruperint. De manifesto mendacio, per quod Theologus Argentoratensis, Beatus SEB. SCHMIDUS, in diræ Speneromachiaæ societatem pertrahitur, hic nunc dicere nihil attinet.

## §. IX.

Ecquis prudens & pius lector non totus cohorescat ad cumulatissimum hunc maledicentiae vomitum, sub *MODESTIAE* nomine in *Lutheri cathedra* denuo *PRO MORE*, ut ipse disputator loquitur, editum. Jam si testimonium falsum, iniquo animo, seu cum proposito nocendi, prolatum, est calumnia; quis dubitabit, *D. Wernsdorffum*, una cum commilitone suo esse *CALUMNIA TOREM*, & quidem impudentissimum? Nam i. dixit, aut potius jam olim innumeris tere vicibus dictum, repetit falsissimum virulentissimumque, nec non multis modis cumulatum, testimonium v. g. Spenerum aliosque sinceros & publicos ecclesiæ doctores, quos aggressorum inpietas pietistas vocitare solet, esse fanaticos, fanaticorum cohortem & turbam, non erubescensem summa imis miscere, agentemque fraudibus ac imposturis; eosque omnes fidei articulos impugnare ac decorquere; effinxisse novam Theologiam, dimissa veteri; forvere de Theologia pestilentissimum errorrem, pietismi & in qua portentosam opinionem, qua salutis economiā pervertat, & ministerium e medio tollat, errorem capitalem *Anabaptistarum* & *Donatistarum*, quo nihil magis horrendum & diabolicum dici cogitarique poscit, monstrum in Theologia invisum & inauditum, horrendam blasphemiam; insanum habere cerebellum &c. Nolo hic repetere reliqua mendacia Disputatoris.

## §. X.



## §. X.

In his omnibus testimonium esse mendacissimum, ex iis, quæ Membro I. dicta sunt, cuivis prudenti jam satis superque constat. Immo tantæ hæc res est evidentiæ, ut de ea vel decem annorum puer certo possit judicare, solidamque sententiam pronunciare. Nec solum hic adest calumnia materia, seu testimonii falsitas, sed etiam *forma* ejus de formis est præsto, nimirum *dolus* manifestus, per quem scientes ac volentes falsa dicunt, & rectissima quæque, vel centies ex abundanti declarata & vindicata, sine fine denquo in sinistrum sensum detorquent. Adest hic *propositum nondandi*: quod quam manifestum sit in omnibus, nemo non videt. Ecce enim talia evomerentur, nisi eum in finem, ut Spenerus aliquique sinceri theologi, qui apud potiorem ecclesiæ evangelicæ partem, ipsosque exteros, bene audiunt, male audiant, parique a reliquis ignominia afficiantur, saltem eadem digni habeantur, &, tanquam perditissimi fanatici, cum summa detestatione fugiantur. Certe testimoniorum seu dicteriorum plurima ita comparata sunt, ut ipsa etiam illorum falsitas, in se considerata, virulentissimum D. Wernsdorffii animum ubique prodat, constituantque calumniam omnino proprie sic dictam, tantamque, qua vix dirior esse posse. Qui certaminum, quæ jam ex aliquot lustris a tabulae pietisticæ architectis gesta sunt, historiam novit, ipsorumque libros mordaces vel per transennam inspexit, novit, infestissimum ipsorum animum nocendi libidine esse plane insatiabilem, & pro scopo habere violentam & ignominiosam innocentium ejectionem: quemadmodum longa & evidentissima serie demonstravi in Antibarbari mei Parte IV. Sect. I. Conferatur D. Fechtii (quem Wittenbergensis criminator in epistola sua per omnia habet. ὁμοληφορ) Responsum theologicum antichristianum in causa Waldeccensi datum, & a Theologis Giessensibus refutatum, ubi p. 26, suadet,

det, man habe die Pietisten (nominavit autem & intellexit viros innocentes, ipsosque Theologos Giessenses haud obscurare in pietistarum classem retulit) nicht allein aus dassiger Nachbarschaft / sondern auch aus dem Römischen Reich mit aller Macht zu extirpiren &c. Vid. Summe Rever. Ordin. Theol. Giess. Lehr- und Ehren-Rettung / & liber meus, die Mittelstrasse p. 280. seqq.

## §. XI.

Jam quæro prudentes lectores , æquos rerum æstimatores , anne ex his meridiano sole clarior sit, Wittenbergensem Disputatorem esse impudentissimum CALUMNIATOREM ? Ipsiusque Disputationem esse libellum famosum ; & anne eodem Lutheri cathedram proh dolor ! denuo fecerit aliquam quasipalæstram maledicentia ? Certissimus sum, me consentientes habere omnes lectores , quotquot non ita pendent a papali unius & alterius viri dictatura, ut per obedientiam quasi cathedralem non ipsum etiam sensum communem hac in parte exuerint: id quod asseclarum proprium est. Nec obstat, acerbissima ista dictoria proponi cum zelo pro orthodoxia , aliisque pigmentis. Quis enim adeo mentis suæ erit inops , ut pretextum a vera causa non possit discernere. Et quis prudens hodie ignorat , quam inane hoc sit terriculamentum , quod orthodoxiæ prætextus , aut cæca persuasio , habet ac ostentat ? Detexit hoc maledicæ iniquitatis mysterium Spenerus integris sere voluminibus: detexerunt illud alii: detexi & ego , & ita quidem, ut, quod solide excipient criminatores , plane non habeant. Certe hæc mentiendi ac calumniandi libido eo est turpior, quo quis turpius venerabile orthodoxiæ, immo sanctissimum ipsius Dei, nomen in sui præsidium rapit, & hac ratione totam religionem Christianam atheorum, scepticorum, aliorumque empæctarum ac Epicureorum hominum ludibrio sciens volensque , certe per ignorantiam ma-

malitiose affectatam, jam ex tot annis tam pertinaciter exponit.

## §. XII.

Quemadmodum vero huic viro nulla ratione tanta intemperies adversus me justa est; sic etiam ejus impetus simul adversus SPENERUM alicisque eiusfus est non minori fane iniquitate. Ad me quod attinet; in *Dissertatione mea Elenchitica*, cui criminationes suas præcipue exposuit, nihil commerui. Nam 1. scripsi, petulanter & superbe provocatus in Wernsdorffianis de Gratia Docente; in quibus pœaliis Venerabilem Academiae Lipsiensis & Collegii Theologici Seniorem indignissime tractaverat. 2. Non retulipar pari; & quamvis ipsum etiam nomen meum in convicium inflexisset; tamen ego nomen ipsius subinde cum quadam honoris pœfatione expressi. Notandus quidem mihi non-nunquam fuit hujus viri fastus, eaque, quam sibi in Lutheri Cathedra adversus innocentes sumserat, dictatura fuit reprehenda; id tamen non tam verbis, quam re ipsa, feci, suos ipsi errores & paralogismos in Disputationibus de gratia docente patet factos, suamque *depositionem* decenti gravitate, citra convictionia, manifestans. Multo adhuc minus causa, cur refutatio-  
nis loco ipsi criminationibus opus fuerit, desumi poterit e Disputatione mea, de Experientia Spirituali; cui tamen Wernsdorffiana Disputatio, aut potius criminatio, directe simul opposita est. Nam versatur ista dissertatione mea in sola exegesi & thesi, citra ullam adlicationem ad dissentientes.

## §. XIII.

Neque illi salva veritate licebit ad *ius retorquendi* provocare, & aliquod ejus fundamentum in Antibarbaro meo querere, aut comminisci. Nam 1. nequaquam sum certaminis auctor, aut aggressor, sed apologera adversus aggressores B. SPENERI, cum aliis innocentibus, indignissimis modis pro

E

NOV 2-

novatore, heterodoxo, fanatico & hæresiarcha identidem proclamati: atque ita famæ Speneri, & præcipue ipsius evangelicæ veritatis, a Speneromastigibus tantopere læsæ ac concutatæ, vindicem egi, non aggressorem. 2. Quando occasio-  
ne vindiciarum subinde deteror in denudationem errorum,  
quibus ~~avtakoytes~~ ducuntur, nec non illius iniquitatis, qua  
Scripturæ Sacæ ac librorum symbolicorum auctoritate, er-  
roribus suis prætensa, adversus innocentes turpissime ab-  
utuntur; ago dicoque, quod res est, quod ipsa justitia postu-  
lat, & me Spenerus docuit, qui inter per multa alia, hic per-  
tinentia, in Apologiæ suæ, Überleistung mit der Augs-  
burgischen Confession, Wittenbergensibus adversariis op-  
positæ, præfatione §. 32. hæc habet: Man möchte zwar sa-  
gen/ ich solte dieser Leute/ ihres Characters und Amtes wegen/  
mehr schonen/ und lieber alles bedecken: Nun habe ich selbst  
freyließ kein Gefallen an dem/ was unsere Kirche nicht zie-  
ret/ sondern bedecke dasjenige lieber/ was zu bedecken mög-  
lich ist/ und die Bedeckung nicht mehr Schaden thut. Aber  
die grosse Fehler der Schrift (Christiutherische Vorstel-  
lung) und wie es mit deren Auctoren bewandt seyn müsse/liegt  
so vor Augen / daß sie / ehe ich eine Feder angesezet/ von  
Freunden und vielen Feinden schon mit Unwillen betrachtet  
worden ist/ und sie also selbst/ohne mich/sich in Schimpff ge-  
sezt haben. Wenn aber das blosse Ansehen und Titul solcher  
Leute/ da sie auf Lutheri Cathedra sîzen/ unter schädliche so  
einnimt/ daß sie zum Nachteil der Wahrheit/ was andere se-  
hen/nicht sehen können/ so ist's allerdings nothig/und der Liebe  
gegen so viele eingetommene gemäß gewesen/ auch solchendie  
Augen recht zu öffnen/ daß sie sehn/ mit wem sie es zu thun/  
und auf wen sie sich sicher zu verlassen haben. NB. Ja es  
erfordert es die Gerechtigkeit/ denjenigen/ welche sich eines  
Schwerds wieder Unschuldige gebrauchen/ dasselbe aus den  
Händen zuwinden.

§. XIV.

## §. XIV.

Huc accedit 3. quod Spenero, etiam defuncto, tanquam prostat leoni, insultaverint, e defuncti silentio meros sibi triumphos commenti. Unde tanto major fuit severioris apologiae necessitas. Quanta enim cum diritate ac pertulantia adversus hujus viri innocentiam, & adversus ecclesiæ ipsiusque veritatis evangelicæ, viscera voce ac scriptis sævitum sit in & e Lutheri cathedra, ex ipsa D. Wernsdorffii confessione manifestissimum est. Nam hanc disputationem, quæ in sola doctrina de Theologia, seu habitu Theologico, integris quasi plaustris vel decem injuriarum decurias in innocentissimum virum, decies octies inter criminationes expresse nominatum, aliosq; sinceros Theologos, convehit evomitque, atque id, reliquis ipsius disputationis injuriis ne quidem computatis, in sola præfatione; hanc, inquam, disputationem D. WERNSDORFIUS vocat scriptam MODESTE, & quidem, quod probe notandum est, PRO MORE: vocatur MODESTA PRO MORE, nimurum in cathedra solito, & a præceptoribus ad discipulos, inter quos Argentoraten sis ille eminet, transmesso, & ab his usurpato. Habemus ergo reum ingenuæ consitentem, quantus & ipse & per symmachos suos calumniator extiterit adversus Spenerum, aliosque innocentes. Tam effreni constantique criminandi libidini qui Spiritus ac veritatis robore obviam it, & dicit, quod res est, is nequaquam conviciatur, sed de conviciis conqueritur, eaque refutat. Taceo, librum meum non D. Wernsdorffio, sed D. Schelwigio fuisse oppositum.

## §. XV.

Observanda hic etiam est mea tractandi ratio. In sistente meo duo præcipue ago: 1. Adstro in thesi doctrinam Speneri, aut potius ecclesiæ evangelicæ, proboque hanc ab erroribus esse immunem & verissimam; & hoc pacto eadem opera simul ex professo demonstro, doctrinam Spene-

E 2

roma.



romastigum in iis partibus, ubi se Spenero opposuerunt, vi  
faetæ ac repetitæ contradictionis, esse falsam, seu corruptam.  
Ethoc demonstrationis labore ita defungor, ut in longa ar-  
gumentorum serie vix ullam adversariorum mentionem  
injiciam, rei ipsius tractationem, argumentis utique com-  
munitam, sufficere ratus. Sic v. g. procedo in doctrina de  
illuminatione Part. I. p. 34. seqqv. item 61. seqqv. de fide ju-  
stificante p. 428. seqqv. de renovatione & pseudadiaphoria Part.  
III. 63. seqqv. usque ad p. 154. immo & seqqv. de natura & dif-  
ferentia doctrinarum fundamentalium & non fundamentalium P.  
IV. p. 482. seqqv. de spe meliorum temporum p. 646. seqqv. Taceo  
materias reliquas haud paucas, quæ eadem methodo, non tan-  
tum sine conviciis, sed etiam sine adversariorum, qui tamen  
re ipsa refutantur, mentione tractatae sunt. Præter hunc  
scribendi modum placidissimum in eodem libro 2. discu-  
tio omnes istas sive argumentatiunculas, sive objectiuncu-  
las, quas D. Schelwigius in Synopsi sua Spenero, aliisque, &  
ipsi veritati evangelicæ, opposuit. Speciatim vindico partim  
aliquot centurias locorum Scripturæ, quæ in pessimæ causæ  
patrocinium abrepta erant, partini testimonia Speneri, hæ-  
refeos, aut fanaticismi ac heterodoxie postulata. Hic, ubi  
præcipue in terminis versor apologeticis, subinde cogordice-  
re, quod res est, seu demonstrare, eos, qui Spenero aliisque,  
qui justa cum *αὐτοῖς* scripserunt, posthabitjs tot ipsorum de-  
clarationibus & apologiis evidentissimis, sine fine errores,  
hærefes, fanaticismum, ignorantiam &c. objectant, immo  
per vim quasi obtrudunt, id facere sine fronte & non mino-  
re animi malitia, quam affectata rerum solidarum ignoran-  
tia, ipsosque in perpetua coccysmorum suorum, torties quam  
solidissime suppressorum, repetitione magnam mentis bar-  
bariem prodere. Unde & ipsum librum non solum *Systema*  
*Dogmatum & Controversiarum*, sed etiam, *SIXTINI AMAMÆ*,  
qui

qui olim *Antibarbarum Biblicum* edidit, exemplum fecutus,  
*Antibarbarum inscripti*, de cuius appellationis innocentia &  
æquitate videatur Partis Prioris p̄fatio §. XIX.

## §. XVI.

Et ad vocem quidem, *barbarus*, quod attinet, sequentia  
notanda sunt: 1. Citato p̄fationis loco solenniter decla-  
ravi, me, pro nativa ejus indole, ea nihil dicere amplius, aut du-  
rius, quam peregrinis, seu a vera Theologia alienis, erroribus in-  
fectum, adde, & eosdem aliis cum dominatu pro veritatibus ob-  
trudentem, & renuentes seu dissentientes in hæreticorum ac fa-  
naticorum numerum referentem. Quod dum dico (ibidem por-  
ro verba mea sunt) & argumentis probo, convicio nemini, sed  
tantum dico, quod res est. Sit Dn. D. Schelwigius Gedanensisbus  
suis Pastor, Rector ac Professor honoratus, immo augeatur in dies  
honoribus; nihil in video, aut ex his imminutum eo, z. t. λ. 2.  
Cum intelligerem, ἀντιμερέως ista voce nihilo minus,  
posthabita re ipsa, offendit, eam in partibus libri posterioribus  
plane omisi, significaturus, non de vocibus mihi suscepturn  
negotium, sed de rebus, ideoque me in vocibus fore facilem:  
quemadmodum in epistola, posterioribus libri partibus præ-  
fixa p. 11. statim declaravi, p. 49. simul indicans, me in ite-  
rata operis, præcipue priorum partium editione, (si qua fu-  
tura esset) ea, quæ forte in vocibus, et si per se innocen-  
tibus, reique ipsi convenientibus, offendit, mutaturum &  
declaraturum esse; sicuti jam declaro, me certam va-  
fis vocem, quæ circa Part. I. sect. I. finem irrepuit,  
antequam virio versa esset, jamdudum habere pro non  
scripta, et si nitatur non ignoti, nec per se plane inho-  
nesti, proverbii Pythagorici usū. Utinam vero ἀντιλεγοντες  
agnoscerent, quam horendum sit, impium verbi ministrum,  
qui profligatissimæ vitæ, Deique ac divinorum contemtor est,  
vocare non solum instrumentum (quod sano sensu semper con-  
cessum est) sed etiam OFFICINAM Spiritus Sancti; quemadmo-

dum Synopseos auctor cum approbatoribus perhibet; item quam indignum sit, hoc adstructum ire similitudine, a vase desumpta, quasi nihil plane intersit, quo quis vase donum præstans accipiat. Ceterum videantur stili mei vindicæ solidissimæ System. Part. IV. p. 635. seqq. ubi hæc duo axiомata, ex antecedentibus deducita, declarantur: 1. Spenero magistribus, seu fabulatoribus pietificis, necessario scribendus fuit Antibarbarus: 2. In Antibarbaro aptandæ fuerunt voces rebus, iisque ex vero respondent, citra convicia. Præterea ad innocentiae meæ demonstrationem pertinet postremum meum scriptum, die richtige Mittelstrasse zwischen den Abwegen/utpote in quo non solum iterata orthodoxiæ meæ documenta existant, cuivis prudenti, etiam imperito, ex abundanti demonstrantia, quam sincera sedula que mea sit cura in purioris doctrinæ custodia; sed etiam mea scribendi ratio a p. 283. usque ad p. 297. iis rationibus adversus malevolorum obrectationes vindicatur, ut certissimus sim, hos, quod istis cumullo solido fundamento opponant, nequaquam habere. Qui suam aliis barbariem, qua illi non desinunt in innocentia ecclesiæ membra sœvire, iisque errores suos, tanquam fidei articulos, eosque fundamentales, obtrudere, & renuentes ab ipsius ecclesiæ communione, quantum in ipsis est, proscriptum ire n. r. λ. qui, inquam, hæc, & quæ huc pertinent, detegit, is versatur in justa apologia, & barbarus non est, nec talis vocari potest, nisi eo sensu, quo Scipio olim, a devictis Afris, Africanus dictus fuit.

### §. XVII.

Quæ, aliaque citatis locis fusi sunt, cum ita sint, manifestum est esse *in ratiōne dōctrinæ*, ut adversarii mei unquam demonstrent, me, ad indignissimum ipsorum exemplum, conviciis pugnasse. Etenim 1. non dixi contra ipsos falsum testimoniū, quando probavi, Spenerum non esse novatorem, heterodoxum

doxum, fanaticum ac hæreticum, sed sincerum & orthodoxum Theologum. Hic vero si orthodoxus est, & purioris doctrinæ servantissimus ; illi certe, vi oppositionis, sunt heterodoxi, qui verissimam ejus doctrinam pro falsa & pestilentissima habent ; illique dominatum in ecclesia papalem adfertant, seu hæresiopoeiam exercent, qui Spenerum in catalogum fanaticorum & hæreticorum referunt. Hujus testimoniū mei veritas inferorum portis, multo magis impotentibus ac maledicis ἀντιλεγόντων strophis, prævalebit, æternum triumphatura, quidquid hi ad tempus rideant ac convientur ! Jam vero si ne quidem falsitas inest testimonio meo, multo minus eidem 2. subest animus nocendi cupidus, ἀντιλεγόντων ignorātiæ, aut damno, invigilans. Quod maligna sua Speneromachia sibi ipſi intriverunt, ipſis coram prudentibus exedendum est. Quotidiani voti mei summa est, ut cum laſa veritate in gratiam redeant hi aggressores, desinantque innocentes viros laceſſere, doctrinam evangelicam corrumpere, suosque errores aliis, tanquam fidei articulos<sup>1</sup>, obtrudere & intra ecclesiam evangelicam novam condere Romanum : fin minus, summæ necessitatis erit, hisce ecclesiæ turbatoribus porro dicere, quod res est, iniquitatis, quo se tegunt, mysterio magis magisque reteſto, aut retegendo.

## S. XVIII.

Ex his, justa serie deductis, liquidissimum est, mein *justissima versari apologia*, adversarios autem meos, Speneri aggressores, & inter hos D. Wernsdorffium, in manifesto, multisque modis cumulato & aggravato, calumniæ & hæresiopoeiæ criminē hærere. Id quod cum hic aduersus Spenerum, aliosque commiserit pro more suo, non miror, haud exiguum ejus partem etiam in me effusam esse, & quidem itidem, ut ipſe scribit, *pro more h. e. modo puerili & agresti* : quo quod se potius ipsum, quam alios eosq; innocentes, det turpiter, solus cum

cum cœcis sectatoribus præ fastu & impudentia sua non videt. Unde non est, quod in his refutationem, nedum compensationem, a me exspectet. Potius utriusque loco hic repeteo illum intrepidi rectique animarietem, quo cathedralēm hujus viri futilitatem jam ante duos annos in Dissertatione mea Elenchitica p. 120. excepti: *Meus adversarius quibus in rebus tantas habeat prærogativas, quantas ipsius fastus præfert, ipse prudens lector inquirat. Huc accedit PETULANTIA ejus PUERILIS, quam mox solo ciet prænomine, mox cognomen meum in conviciū inflebit ac contorquet. Quale quid ego nulli Speneromastigum feci, nec unquam faciam, utpote vel juvene, nedum viro, indignissimum. In quo ALTERANDI & REPUPERASCENDI genere si perrexerit gregalibus suis palman praripere D. Wernsdorffius, HANC IPSI LUBENS RELINQUAM, impotentissimi hujus viri conviciis, laudum ac gloria, immo victoria, loco reputatis. Sic jam ante duos annos scripsi.*

### §. XIX.

Quandoquidem animus meus, quæ Dei est gratia, ipsiusque naturæ, a Deo concessæ, benignas, tutilibus conviciis haud frangitur; sed multo magis, conspecta hac adversiorum impotentia, in veri rectique studio ac cursu corporatur; ideo maledicas D. Wernsdorffii chartas legere potui, easque nunc discutere possum, quieto animo, sine stomacho; cuius rei Deum & conscientiam testem habeo. Et quis prudens furenti, et si hic vel ipsis verberibus in ipsum irruat, irasci solet? *Quis medicus ægri somniis somnia, verborumque deliriis deliria opponeret?* Noveram, me accedere ad lectionem libelli, non in me solum, sed etiam in multis alios innocentes, & inter hos præcipue in SPENERUM, eumque jam beate defunctum, injuriosi; ad libellum ejus auctoris, qui me jam ante aliquot annos in disputatione de Verbo Dei, contra Verbum Dei, vocaverat *diabolum Berolinicum.*

Unde



Unde ab hoc viro, in impotenti veritatis oppugnatione, quod diabolicum non esset, seu fastu ac calumniis scateret, exspectare vix potui, mihi gratulatus de ea cum Salvatore meo conformitate, qua ut ille ex cathedra Mosis a Phariseis, sic ego ex cathedra Lutheri, a degenero ejus discipulo, diabolus seu diabolum habens, & Samaritanus, seu fanaticus, dico. Quæ criminandi intemperies quo fuit, est, aut erit, effrenatior, eo plus victoriæ bonæ causæ, cathedralæ vero ἐπιβούσσον eo plus clavis attulit, & post hac afferet; utpote sinceris & imperterritis veri rectique testibus causas datura ad ampliorem hujus barbarie, qua jam dudum adversus ipsa ecclesiæ viscera saevitur, denudationem. Sint multi, qui ab unius atque alterius fastuosi doctoris dictatura, summa cum credulitate pendeant! sint non pauci, quibus calumniæ sunt epulae! Quid tum? Ne mundus quidem semper, aut omnis, vult decipi. Nam, quæ Dei est gratia, ea jam genita sunt tempora, quibus paparum, ubicunque locorum Romanam suam habeant, aut condant, auctoritas subinde magis e vilescit; quibus nativa veritatis facies pseudotheologiae fucco in annos diesque amabilior redditur; & quibus nodos sophistarum tenaces recta rumpit regula, sui ipsius & præsidium & ampla merces.

## §. XX.

Unam vero calumniam, quia reliquæ est speciosior, & in re potius ipsa, quam in verbis, consistit, ut paucis discutiam, & disputatorem fistam in manifesto mendacio, res ipsa exigit. D. Schelwigius in Synopsi sua, in Beatum Spenerum, aliosque viros innocentes, injuriosa inter multa alia doctrinarum βδελύγματα, non solum bene ordinata pietatis collegia, qualia ab ipsis publicis doctoribus habentur, simpliciter damnaverat, tanquam fanaticæ, sed etiam e contrario impietas collegia, qualia vulgo in choreis, etiam rusticis, nec non in scenicis aliisque actionibus mere ludicris & vanissimis, agitantur, & in usu sunt, simpliciter approbata propugnaverat. I-

F

dem

dom in doctrina de fide justificante adversus Spenerum detenderat, fidem *non vivam* (sermo autem erat non de vita fidei, qualem illa per charitatem exerit, sed de vita, quæ ipsam fidei naturam, seu essentiam, organice in justificatione se se exserentem, constituit) *valere coram Domino*; fidem, in quam, *non vivam* h.e. mortuam, & talem, quæ non solum sine actu, sed etiam *sine potentia diligendi* esse posset. Et ut probaret, fidem justificantem esse posse sine charitate, ad ipsam blasphemiam usque progressus (utijam alias monui, & nunc, ut sua innocentiae & demonstrationi meæ ratio constet, repetendum est) Artic. XX. qu. XII. p. 192. *Deum justificantem comparavit cum homine nequā* (cohorresco scribere, & scribendum tamen est, uti deinde constabit) *qui innocentem in foveam præcipitavit, addita extractionis promissione*; nec non cum ipso diabolo, hominem lædente. Et sic simul hominem *justificandum*, seu poenitentem, comparaverat cum degenerante & Davidem per sequente *Saute*, nec cum homine innocentem, sine culpa in foveam præcipitato, item cum *vindictæ cupido*; fidem vero *justificantem* cum fiducia, quam *impitus Saul* in Davidem, et si ipsum odio haberet, collocavit; Item cum fiducia hominis in foveam præcipitati, quam hic sine amore concipit in aliquem nequam, qui & præcipitavit & extractionem promisit, nec non cum fiducia *vindictæ cupidi*, quam hic collocat in diabolum, sub spe, ab hoc inimicum suum læsumiri. Hæc enim verba sunt Schelwigii: *Quod FIDUCIA, in qua fides potissimum consistit, ABS QVE CHARITATE ESSE Q'VAT*, patet ex sequentibus exemplis: *Rex SAUL fiduciam rei adversus hostes feliciter a-gendæ in Davidem collocabat, tametsi eum odio haberet* 1. Sam. XIIIX, 20. sequ. Item: *SINE QVAM* aliquis innocentem in foveam præcipitaret, simulque, quod eam extracturus sit, polliceretur, hic fiduciam in illius promissa poneret, sine amore in promittentem. Nec verisimile est, *DIABOLUM a vindictæ cupido amatumiri*, tametsi

met si is fiduciam conciperet, inimicum a diabolo laçum iri. Cum ego haec, & plura ejusmodi doctrinarum βελούματα in Schelwigiana Synopsi deprehenderem, videremque Synopseos auctorem ac alios, Spenero defuncto, in ipsum petulantiora si-  
bi cornua sumere, scripsi brevem *Pseudorthodoxia Anatomen*, dixique, præter ea, quæ in ea vera rectaque sunt, nec unquam a Spenero fuere negata, in illa inter errores alios occurtere vel ipsius quasi Alcorani flosculos, ad quos ecclesia evangelica merito cohorrescat.

## §. XXI.

His ita præmissis audiamus D. Wernsdorffium, hanc ob causam de me ita loquentem: *Ne nominatus quidem fuerat a Wittenbergensibus, quum acerbissimo eos scripto invaderet, & ne quid ad summam injuriam decesset, Mabumediti errorumque ex Alcoram de promotorum argueret, calumniatam immant, ac barbara, ut Regum etiam editio sit castigata.* Observat. 1. Falsum est, me modo dictum scriptum, de quo sermo est, Wittenbergensibus opposuisse: *avrovia contrarium evincit, indicans, illud Schelwigianæ Synopsi esse oppositum.* 2. In *Pseudorthodoxia Idea*, ubi idem Schelwigio quam justissime objeceram, nulla facta est Wittenbergensium Theologorum expressa men-  
tio; cum vero Gryphicus Schelwigii apologeta non solum detecta illa Schelwigianæ fidei βελούματα in totum appro-  
baret, sed etiam subinde ad Theologorum Wittenbergensium au-  
toritatem & consensum provocaret; ego non potui non in *Idea extensa*, seu *Anatome*, semel atque iterum dolere, quod Wittenbergenses Schelwigio in infesta Speneromachia duces existiterint, ipsorumque cathedra ex parte in pseudorthodoxam degeneraverit, noxæque publicæ, quæ in conficto pietissimo sit, causa fuerit primaria. 3. Etsi hæc dixi, & illud ipsum, quod Schelwigii erat, Wittenbergenses jamdu-  
dum suum faciebant, nec non ipse D. Schelwigius ad plenum i-  
psorum

psorum consensum provocaverat, ideoque ego Schelwigiana his imputare poteram; amoris tamen & pacis causa intermissi, sed aliquot Alcocari flosculos & in Idea p. 20. & in Anatome p. 92. soli D. Schelwigio tribui, sperans fore, ut talia Wittenbergenses Theologi in ipso sincere detestarentur, & permetterent, cum Synopsi illa Anti-Speneriana Speneromachiam finiri. Falsum itaque est, me Wittenbergenses postulasse errorumque Mahumedisini ex Alcorano de promotorum. Longe falsissimum est, assertum meum Regum edictis tuisse castigatum. Id quod quantopere a vero abhorreat, paucis ita demonstrandum erit, ut inde simul papalis disputandi modus, quo nonnulli Wittenbergenses adversus dissentientes utuntur, cunctis manifestetur.

## §. XXII.

Anatome mea, in lucem emissâ, multos habebat lectors, & quidem (quod præfiscine dixerim) non sine approbatione, & non sine justa detestatione Speneromachiae Schelwigianæ, a me in tumma sua *avoluta* detectæ. Quod cum animadverterent Theologi Wittenbergenses, in promachi sui Gedanensis causa, quam suam fecerant, rem suam agi existimantes, libello accusatorio in aulam Dresdensem misso postularunt, ut scriptum meum in Saxonia, ubi imprefsum erat, & in primis Lipsiæ, supprimeretur. Quod simul ac rescivi, missa Dresden apologia, hunc conatum ita discussi, ut nihil amplius fuerit tentatum, scriptumque meum mercatum Lipsiensem in insecuris nundinis liberum habuerit ac retinuerit. Fortassis *avt̄ley, avtrav* intemperies mihi necessitatem imponet, ut libellum ipsorum accusatorium (cujus exemplum, mox Wittenberga divulgatum, in manus meas pervenit, idque adhuc servo) luci publicæ exponam, adjectisque nosis meis demonstrem, quantopere ipsorum fides, etiam humana, hac in parte laboret, & quantopere ab evangelica

lica boni Theologi indole abhorreat, pro refutatione violentam suppressionem papali more moliri.

§. XXIII.

Ex his patet in Wernsdorffiano testimonio triplicem  
inesse falsitatem, scilicet, 1. me Wittenbergenses errorum  
ex Alcorano de promotorum arguisse, 2. istud assertum meum  
Regum edictis esse castigatum; 3. illud esse calumniam. Et-  
enim tantum abest, ut hic Regum, in plurali sic dictorum,  
auctoritas intercesserit, ut ne unius quidem Regis edictum  
cum effectu per accusatorias artes potuerit extorqueri.  
Quanta igitur non est temeritas, de REGUM edictis loqui, pes-  
simoque animo lectoribus persuasum ire, ac si qua gravior Se-  
renissimi ac Potentissimi Borussiae Regis censura scriptum  
meum excepisset. Id quod quantopere a vero abhorreat,  
inter alia etiam luculenter constare potest ex *Antibarbari*  
mei dedicatione, postea Augusto ipsius Nomini facta, nec si-  
ne luculentis regiae gratiae signis excepta. Certe longe am-  
plior firmiorque Speneriani nominis fides est atque integritas  
in aula Borussica, aliorumque Principum ac Regum, quam  
ut hi, sibi relieti, necessariam ejus defensionem apologetis  
velint interdicere. Necessaria autem defensionis pars est,  
aggressoribus, qui aliis errores suos ingentes pro fidei ar-  
ticulis volunt obtrudere, & renuentes in ha reticorum ac  
fanaticorum catalogum referunt, sententiarum suarum  
pœnalyuata libere denudare.

## §. XXIV.

Falsum itaque est, assertum meum *calumnias*, & quidem immanis & barbaræ, loco habendum esse. Nam vix usquam per universam ecclesiam, non dicam evangelicam, sed generatim christianam, vela profligatissimæ mœnitis hæreticis aliquid dici potuit durus ac dirius in ipsum Deum, quam est Schelwigianum hoc (quod disputator suum facit)

doctrinæ *βελυμα*, qua Deus justificans serio comparatur cum diabolo, homines lædente, & cum homine nequam (vix audeo præ horrore blasphemas voces exprimere) innocentem in foveam præcipitante; & fidem justificantem cum fiducia impii Saulis erga Davidem, odio plenissima; item cum fiducia hominis innocentis in foveam præcipitati erga præcipitantem, & quidem - - ; nec non cum fiducia vindictæ cupidi erga -- quem odio habet. Quid, quæso, hac in parte in Alcorano legi potest atrocius? saltem quis negabit, hos flosculos Alcorano potius, quam libro Theologi Evangelici, qui aliis hæreses obtrudit, dignos esse? Siccine calumnia est, nostri temporis hæretificibus fūram ipsorum pseudotheologiam detegere, & commonstrarere, quod etiam ad ipsam fere blasphemiam usque se in erroribus suis obfirmaret? Dirum sane est, talia statuere: multo dirius, talia coram facie ecclesiæ, ad torius religionis christianæ prostitutionem, proponere, & iteratis libri editionibus, post spretas animadversiones repetere ac defendere; dirissimum, talia aliis obtrusum ire, renitentes vero & rectius sentientes papali fulmine ferire. Habet, ut alibi demonstravi, plura ejusmodi effata placitaque, haud multo meliora, si non deteriora, Schielwigiana Synopsis: quæ quod sua faciat D. Wernsdorffius, nunc primum animadverto, non sine sancto horrore, quocum vicem ejus sincere doleo.

## §. XXV.

Ad librorum vero suppressionem quod attinet, quis prudens miraretur; si illa adversus me in Saxonia fuisset effecta? Etenim unus e præcipuis Speneromastigibus nunc Protosynedrii Dresdenis membrum est, cuius strophæ, veritati oppositæ, mihi ex aliquot annis disjiciendæ fuerunt; Iposque Theologos Wittenbergenses, quotquot Spenero a liisque innocentibus adhuc sunt infensi, artibus suis faciles in aula aures invenire, quis dubitabit? Unde quod ipsorum conatus adhuc fuerit irritus, Dei providentia, & purpuratorum,

rum, quos aula Saxonica habet, prudentiæ ac justitiæ adscribo. Quod dum refero, in hoc argumentum ab ipso ~~antiquo~~  
~~vno~~ delatus, non possum non hic paucis recensere, quam se conatu suo denuo dederint turpiter ~~antiquiores~~.

## §. XXVI.

Posterioribus Antibarbari mei partibus editis, hi in angustias redacti (nam inter alia mysterium hæreticæ iniuritatis ad cuiuslibet prudentis lectoris convictionem longa serie detexeram) in medium consulebant, qua ratione nunc magis laboranti causæ suæ succurrentum esset. Refutatio non videbatur tuta, utpote facile novum mihi, strophas sophisticas non curaturo, Antibarbarum extorsura. Nec silentium videbatur consultum fore. Placuit igitur violentæ suppressionis consilium: quæ quamvis libri distractioni obstare non posset; siquidem sola Saxonia Electoralis orbem Christianum non constituit, & in hac etiam, ut fere ubique, libri prohibiti avidius appeti solent; videbatur tamen commodum silencio prætextum suppeditare posse. Sed huic consilio obstat repulsa, jam ante tres annos accepta, & a me publice prodita. Unde, quia hac non successerat, alia aggrediendum erat via. Scilicet, inaudito antea exemplo, instigant præcipue M. Ferberum suum, ut me accuset in aula Dresdensi, librique mei suppressionem efflagitet, & iis quidem artibus, in quibus ~~antiquos~~ orthodoxya princeps sui præsidium jamdum collocat. Subsidiaria vero discipuli, ~~anno~~ sui, opera ut adversus me iterentur ~~antiquores~~, haec sub fuisse videtur ratio, sic consultans: Utcunq; res ceciderit, aliqua ad victoriam via parata est, taltem tentanda erit: si quid per nostrum illum effetum fuerit, habemus, quod volumus, & ita quidem, ut si res emanet, nobis ipsis nihil possit objici; sin vero minus, non nos videbimus repulsam tulisse, sed noster ille. Hujus vero accusatorii facinoris gravitas, aut indignitas, inde etiam constare

stare potest, si consideretur, hic in subsidium vocatum fuisse illū cathedræ discipulum, qui me jam antea aliquot maledicis chartise cathedra jussus fuerat impetere, sed a me responsionem acceperat nullam. Hic pro eo, quod ipse multis me injuriis, quas juste contemseram, lacepsiverat, ideoque graviorem censuram meruerat, adit aulam libello supplici mendacissimo, conquestus de injuriis, quibus a me exceptus sit in Systemate meo; quod tamen nullam ejus, nisi prætereundo in præfatione, mentionem injicit. Videor ergo mihi videre parallelismum quendum fatorum, quæ uti olim ipse Christus expertus est, sic ex eostempore non raro discipuli ejus experiuntur. Dicitur enim ille a Pharisæis etiam per ipsorum discipulos fuisse vexatus, eum scilicet in finem, ut hisce vincentibus sibi etiam ipsis de victoria possent gratulari, repulsis vero, auctoritati suæ consulerent.

## §. XXVII.

Ecce vero conatus hujus exitum infelicem! Mandatum quidem fuit his, quibus Lipsiæ rei librariæ cura ac cognitio commissa est, ut, si res ita, uti accusator narraverat, se habeat, Systema meum supprimeretur: sed hi Viri, ut pro formula mandati hypothetica, officio suo tacerent satis, post causæ cognitionem omittere non potuerunt, quin responderent, rem se longe aliter habere; scilicet me versari in terminis apologeticis, & exponere Speneromachia, aliorumque insultuum, indignitatem; ideoque Systematis mei venditionem salvo jure inhiberi non posse, cum ea scripta, qui hunc librum exegerint, libere vendantur; si minus, metuendum esse, ne, Serenissimo Borussiæ Rege, cuius Nomi liber inscriptus sit, a me implorato, hac res aliter sit cessura, quam pars adversa speraret. Hac responsione meaque apologia totus conatus discussus auctores suos denuo secesserunt. Acquievit enim aula, libroque meo sua venditionis jura reliquit. Quod si autem Wittenbergæ mandatum illud hypotheti-

theticum *et eis evanrias* in libri mei suppressionem rapuerunt, non magis id mirum est, quam indignum; utpote manifestum malæ causæ signum. Quis enim non videt, hunc disputandi modum, qui sit per incusationem hæresecos & fanaticismi, nec non per convictionem & in primis per brachium, quod vocatur, seculare, seu per vim externam, esse *meropeptalem*, suæque causæ, ad quam stabilendam adhibetur, ruinam prodere? Deo sit laus pro ea imperantium multitudine & justitia, qua fruitur adhuc Germania nostra. Si singula ecclesiæ membra unius subessent scepro, certe hoc quam facillime unus atque alter turbulentus theologus, suis hæresiopœiæ artibus, in innocentium multorum luppessionem & ejecctionem converteret. Ceterum non inconsultum videtur, ut hic subjungam responsonem, ante aliquot annos, ad mentionem de libri alicujus, Spenero oppositi, suppressione, ab apologeta Antiquo-Novorum M. G. B. S. p. 204. datam: *Gezeigt, daß die Confiscation geschehen/ so kan man leicht schließen/ wo es herkommen/ und giebt es ein Zeugniß der Wahrheit/ als die man ungerne sieht. Denn an und vor sich selbst schadet dieses einem Buche nichts / sondern ist ihm noch öfters mehr befördertlich/ daß mancher/ der seinen Namen gerne überall ange schrieben sahe/ solches Unglück seinen Sachen wünschen möchte.*

## SECTIO POSTERIOR.

## MEMBRUM PRIMUM

DE

AKPIBEÍA DISPUTATORIS THEOLOGICA.

§. I.

**N**on quidem dixerim, Disputationis Præsidem tanto per naturam judicii defensum, quantus in respondentे conspi-

G

spicuus est, laborare, aut ipsi de esse facultatem in iis, quæ ad nude literalem rerum theologicarum superficiem pertinent, elaborandi: tamen evidenterissimum est, ipsum in recentioribus controversiis sine eo, quod virum, eumque Theologum, decet, judicii robore scripsisse, adeo ut, quid ineptius scribi potuerit, prudentes vix deprehendant. Cujus imbecillitatis & aberrationis gemina est ratio: una in qualitate materiae, ad cuius dijudicationem vires naturales non sufficiunt; supernaturales vero non nisi in conversionis & renovationis ordine, quocum Speneromachia non consistit, obtingere, manifestum est; altera in receptis pravis hypothesibus, & præcipue in odii, philavtiæ ac fastus affectu, mentem in transversum quasi agentem, densisque nebulis obducente. Id quod quam in hac disputatione denuo manifestum sit, nemo prudens ignorat.

## §. II.

Quandoquidem maledica hæc D. Wernsdorffii disputationis locum supplere debet responsionis, quam Dissertation mea, ipsius de gratia docente disputationibus opposita, requirebat; constitueram ex iis aliquor paralogismorum, tam dogmaticorum, quam hermenevticorum, in Dissertatione mea detectorum, decades hic paucis repetere, ut lectori, quanta *ἀργεῖα* hic disputationis utatur, inde denuo constare posset. Verum enim vero, quia antecedentium tractatio jam facta est prolixior, quam pro instituto meo, istis omissis lectorem remitto ad ipsam Dissertationem meam, ubi, quanta cum mentis *ἀργεῖα* D. Wernsdorffius in tota hac materia versatus sit, & præcipue quanta hermenevticæ sacræ imperitia labore, centum & quindecim exemplis, ex una disputatione desumptis, solide demonstravi. Ad quæ cū nihil solidi respondere potuerit, acerbis *ἀντιμετωπίαις* animus ad indignissimas criminationes abiit: quibus quæmodo exultationi suæ apud prudentes, & apud posteros etiam

etiam, consuluerit, ipse viderit. Nec enim ullum præsidium constans ipsi erit in manifestissimo illo mendacio, quo asserit, se a me sæpius esse lacesitum. Etenim cum Speneri innocentiam adverlus D. Schelwigii insultus defendere cœpisse, a me nequaquam lacesitus, me, uti jam monui supra, in disputatione *Diabolum Berolinicum esse*, expresso nomine criminator est. Ad quod dirum convicium nihil respondi. Perrexit me itidem expresso nomine quam acerbissime insectari in quodam Programmate : quos insultus paucis repressi in Systematis mei Parte IV. p. 627. Et cum me in disputationibus de gratia docente denuo, puerorum lascivientium more, lacefuisseisset, Dissertatione Elenchica animadversionem scripsi, in qua insultus ejus ita reprimuntur, ut tamen ubique gravitas, theologum decens, intemerata maneat, ipsumque adversarii nomen plerumque cum aliqua honoris præfatione exprimatur. Sic fæseres habet; & nihil tamen minus de aggressionibus meis clamitat disputator, modo ut possit fucum facere lectoribus, id pro aggressione habens, quovis calumniarum genere vindicanda, si quis Speneri aggressoribus aliis pro summa necessitate dicere cogitur, quod res est. Ut vero ad Antibarbarum meum subinde letores remitterem, & adhuc remittam, efficit inepissimus ille & subdolus disputandi modus, quo utuntur αὐτιλέγοντες. Etenim suos errorum ac criminacionum coccyxmos, denuo in dicto isto Systemate meo suppressos, tanta cum impudentia repetunt, ac si iis nihil unquam fuisse oppositum, aut opponi potuisse. Unde ne unum idemque decies repetendum sit, summa est frequentioris remissionis necessitas. Disputator vero quandoo raptu suo, ac pro maledictorum conscientia, ea, quæ pro veri rectique vindiciis scripta sunt, legere detredat, & tamen maledicere pergit, coram peritis per repetitas criminaciones suas eo fæse dat turpius.

## §. III.

Quæ vero, dicas causa, ad Dissertationem meam respondet, seu excipit, ita comparata sunt, ut nulla discussione egeant. Summa enim istorum credit ad solemnum istam objectionem *fanaticismi*, quem mea ac reliquorum orthodoxorum sententia disputatori continere, aut prodere, dicitur. Ab hujus autem mali contagio quantopere illa abhorreat, ex iis, quæ supra Sæc. I. Membr. I. dicta sunt, abunde constat, & simul redditur manifestum, quam longe illa a *Pelagianismo* absit. Istum vero Theologicæ cognitionis habitum, quem à ueravento habent, non gratiæ, sed naturæ, viribus acquisitum esse, atque ita non supernaturale, sed naturale esse, ut contra Disputatoris negationes strophasque de conversionis medio paucis repetitas, denuo probem, eo minus obstricetus sum, quo luculentiora sunt ea, quæ ipse Wernsdorffianus amicus in *Commentatione* sua hac in re concessit, conjunctione producta in *Repetita Solida Demonstratione* mea, & jam supra allegata.

## §. IV.

Dissensus vero a Spenero cur mihi objiciatur, lector prudens nullam inveniet causam, quæ, recte considerata, vel tantillum veri habeat. Nam 1. nullo adhuc argumento is evictus est. 2. Quamvis in uno alteroque secundario alicuius quæstionis momento dissentiremus; quidrum? anne ideo Speneri innocentiam adversus iniquos ejus aggressores non possem defendere? Cerre uti Spenerus a nullo mortalium unquam postulavit assensionem & obedientiam aliquam Pythagoricam; sic nec ego eandem ipsi unquam obstrinxii, nec unquam, argumenti loco, de aut pro ipso usurpabo illud: *αντίστροφα*. 3. Admodum ἀπαιδεύτως, ad evincendum metum Spenero dissensum, provocatur ad Systematis mei Part. II. p. 570, ubi proponitur & illustratur hoc axioma: *Uſus ſacrae Cœna*

Cœnæ remissionem peccatorum non confert, sed jam collatam obſignat. Nam 1. hic manifestum est, me, quando nego, remissionem peccatorum conſerri in S. Cœna, non loqui de collationis continuatione, quæ fit per ipsam jam collatae gratiæ justificæ obſignationem, ſed de primo ejus initio, quod locum habet in justificatione. Hanc vero dignum ſacræ Cœnæ uſum ordinarie (nam quid Deus extraordinarie facere pofit, aut velit, de eo non eſt sermo) præcedere debere, negari nequit, quemadmodum citato loco demonſtratum eſt. 2. Ma- nifestum eſt, Spenerum, quando in Catech qu. 1117, men- tionem facit remiſſionis peccatorum, per uſum ſacræ Cœnæ credenti obtингentis, loqui de continuatione; quemadmodum qv. 1118. queritur: Was iſts vor ein Leben/welches wir im H. Abendmahl empfahen? Antwort: Nicht das leibliche/ ſondern das geiſtliche/ - - welches bedarfß/ daß es im Heil. Abendmahl NB. geſtarcket werde. Quod ſi h̄c etiam D. Wernsdorffii mens eſt, apertam ciet λογοπε- χλα; ſi vero negat, justificationem ſeu remiſſionem ordina- rie antecedere debere ſacræ Cœnæ (quod ſacramentum non initiationis, ſed confirmationis eſt) uſum, & contendit, ante hunc eam non dari, hæret in errore, quo an multo abſur- dior eſſe pofit, vix credo.

## §. V.

Quam autem a vero abhorreat, cum dicit, ſyſtema, ſeu Antibaſarum, meum eſſe refutatum, paucis oſtendendum erit. Provocat inter alios ad Theologum Dredensem: hic vero quantopere utrumque thema meum primarium: ſoli regeniti in ſenſu biblico vere ſunt illuminati: &: niva fides justificat; in Animadverſione ſua Irenica etiam contradi- cendo confirmaverit, scripti ἀντονία oſtendit. Nam p. 51. inter alia h̄c habet: Consultiſſimum foret, ut illuminationis

vox de IMPIO orthodoxo, extra regenerationis statum vivente, sine adjecta limitatione & restrictione (nimium vocum: aliqua, externa, exterior, generalis,) NON EXPRIMATUR, tum ut imitemur STYLUM BIBLICUM; tum ut effendicula evitemus, u.t.λ. Idem cum Auctore Hamburgensi in eodem scripto quæstionem hanc principalem: *Anne fides justificans, in regeneratione accensa, ex ipsis regenerante gratia, pro natura ac indole sua, sit viva & activa (activitate scilicet non causali & meitoria, sed mere organica) seu anne vivo assensu, vivo risu ac desiderio, vivaque fiducia constet, & hanc vivam suam indolem exercat in justificatione ad Christum apprehendendum; adeoq; fides non demum viva fiat e Christo jam apprehenso, sed ad eum apprehendendum vivarequiratur?* hanc, inquam, quæstionem meam principalem tam luculenter confirmat, ut in epistola, posterioribus Systematis partibus præfixa, confirmatione ista solida & prolixa ad Speneri, aut potius veritatis evangelicæ, causam relata, publice contestatus sim, nihil præterea desiderari a me aliisque; & ex ipsis concessionibus quam manifestissimum esse, quod 1. continuatæ Speneromachiæ iniquitas, quæ dogmata ista Apostolica cum assertoribus in catalogum fanaticorum & hæreticorum retulerit, juste & necessario tuerit degenda; 2. quod per hæc concessa in posterioribus doctrinæ partibus consensus inter haec tenus dissentientes re ipsa jam restitutus sit. Ceterum quam falsa sint, quæ de Loescherianis Antiquo-novis dicuntur, Anticriticorum meorum auctoribus prudentibus abunde demonstrat.

### §. VI.

Porro in jactatalibri mei refutatione provocatur ad Ven. Auctorem *Commentationis*. Hunc vero omnes nervosotius doctrinæ de illuminatione, antea ab aliis quam acerbissime impugnatos, PLENISSIME CONCESSISSE, itidem auctoribus abunde commonstrat. Nam conceditur, distinguendum omni-

omnino esse in Scriptura sacra naturalem ejus operandi modum & effectum ab operandi modo effectuque supernaturali, & ita quidem, ut, operandi modo supernaturale per malitiam hominis impedito, non nisi mere naturalis operandi modus sese exserat, & hinc non nisi effectus noticie, seu ipse notitia, mere literalis & in substantia, seu tota essentia sua, naturalis existat. Vid. Comment. p. 29, 29, 83. 84. 85. 131 seqq. Porro concessum est, impium posse e viribus mere naturalibus, sine concursu Spiritus Sancti, seu sine gratia Dei, excellentem notitiae theologicæ habitum sibi comparare. Comment. p. 31, 37. Item: Gratiam agere in intellectum & voluntatem simul, ideoque non dari intellectus illuminationem solitariam, sine coniuncta voluntatis inclinatione, nec existere posse in intellectu divinum & firmum assensum, quamdiu voluntas piis motibus per peccatum dominans resistat. Comment. p. 131. seqq. p. 138. Haec & multa adhuc alia, quæ collecta videoas in Repetita mea solidâ Demonstratione a p. 213. usq; ad p. 236. concessa sunt post scriptam Epicrisin meam, adeo ut p. 236. seqq. publice testatus sim, me aliosque, haec tenus temere impugnatos, nihil a iud voluisse unquam, sed in his concessis acquiescere, eoque terendisse integrum Systematis mei partem primam. Sic se res habet, quemadmodum per aurovia vel ipso meridiano sole clarius est; & nihilo tamen minus D. Wernsdorffius non erubescit publice affirmare, librum meum a Commentationis auctore esse confutatum, immo nihil in eo esse, quod non penitus deplumatum sit. Taceo reliquos stili Wernsdorffiani flosculos, haud obscure prodentes, quantum proh dolor in pectore suo orcum, de orculo quenq; gerat. Quis vero prudens lector non detestabitur hunc disputandi modum! An unquam per omnium seculorum decursum tam indignis modis disputatum fuit? Scilicet illum ipsum Auctorem, qui alteri parti omnia quam liberalissime concessit, in societatem suam adsciscere, & hujus autoris nomine

mine alteri illi parti quam acerbissime insultare , tanquam prostratae ac devictæ ; eamque sententiam, quæ a symmacho tam liberaliter concessa est, plusquam puerili petulantia exhibilare, ipsumque symmachum victorem allegare. Quanta non est hæc vertigo ! Quis prudens suaserit, ut cum his Andabatis ego veritatis causa amplius disceptem ? Sit unus atque alter, qui errores suos, suasque exceptiunculas denuo repetierit? repeatant millies : me nihil tangent, aut angent. Quicquid enim mihi aliisque oppolitum eit, aut oposuerint, idem opponent amico suo. Venerando Auctori Commentationis, qui, in concessis suis pro me loquens, mihi otia fecit.

## §. VII.

Et hoc in primis sibi dictum velit Editor Theologiæ Neumannianæ. Acquiesco enim in concessis, per quæ luculenta innocentia causæ victoria tributa est; in concessis nimis tam *Commentationis*, quam *Animadversionis Irenicæ*: quæ sicuti sententiam Neumannianam in doctrina de illuminatione & de indole fidei justificantis aperte rejiciunt, ita meam tam luculenter confirmant, meamque *Dialysin* hac in parte re ipsa adeo comprobant, ut nihil luculentius optem. Quis vero inde non videt summam ἀντίστοιχων confusione? Uno enim ajente alter negat, immo negando conviciatur, & ebriosi instar in innocentes debacchatur. Intelligo autem hic præcipue Disputatorem Wittenbergensem, quo Theologiæ modo dictæ Editor cultior meliorque videtur. Utinam vero & ipse CL. Vir non in ipso Responsum sua rum limine adeo impegisset! Commisit enim, præter proditum vanitatis Græculæ vitium, apertum falsi crimen. Scribit siquidem, me mihi ipsi superbum titulum Directoris trium Gymnasiorum tribuisse. Quenam titulum sicuti nunquam vel minima cogitatione usurpavi, sic multo minus eum ulla unquam litterula expressi. Proferatur ullum, vel minimum

nimum, scriptionis vestigium! Num vero boni viri est, *ψευδημαρτυρια*, in innocentis injuriam conficta & edita, fidei suæ experimentum dare? Præfui, & quidem cum jure non solum regendi, sed & simul dirigendi, Gymnasio Fridericiano, quod apud Berolinenses est collegium, ad quod non e *tribus Gymnassis*, sed e *tribus urbibus*, *Friderici-Werdera*, *Dorothecopoli* & *Fridericopoli*, juventus scholastica mittitur. Etsi enim tres istæ urbes unam atque alteram scholam habeant minorem pauciorum collegarum; tamen unum tantum habent Gymnasium commune, cuius gubernacula ego præter pastorum tenui. Jam ubi fortasse in programmata aliquo Gymnasii *trium urbium facta* a me est mentio, cum manifestissimo falsi crimine arguor titulum usurpasse Directoris *trium Gymnasiorum*: quem sicut gerere nec volui, nec debui, ita nec potui pro distincto reliquarum urbium, in quibus reliqua *Gymnasia* apud Berolinenses florent, jure ac statu. Ad hanc *ψευδημαρτυρια* accedit vanitatis Græculæ, quam alii pedantisum vocant, vitium, quo mihi in Responsionum limine impingitur barbarismus grammaticus, quod vocem, *elencticus*, non sine h<sup>r</sup> scripserim. Quæ incusatio quam viro bono doctoq; indigna sit, fortasse solus ejusdem Auctor non observat. Nam 1. norunt critici, hanc vocem, tanquam Latinam, ab uno alteroque Latino auctore rarius esse adhibitam. Et nondum evictum est, eam olim nunquam cum adspiratione fuisse scriptam, cum ipsi codices discrepent. 2. Quemadmodum jam inde ab antiquis temporibus alii hanc vocem scripsere sine adspiratione, respectu habito ad scriptionem ejus Græcam; sic non minus alii in voce hac Latine scripta pro c adspirationem cb e primitivo *ἐλέγχος*, elenchus, eo liberius adhibuerunt, quo illa est Latinis auribus gravior. Quemadmodum Græcum, *ἄγνωστα*, plurimi pronunciare maluerunt cum adspiratione, *anchors*; & quemadmodum Latini e Græco *Ἐλέγχος*

ita vocem *triumphus* formant, ut adspirationem ab initio tollant, sub finem vero adsumant, litera  $\beta$  simul in  $\pi$  mutata Quod si usum superioris seculi respiciamus, utraque scriptio deprehenditur admodum usitata; & illa quidem, quæ, in gratiam savorioris soni, adspirationem adhibet, a pluribus, & inter hos etiam a viris Græce doctissimis, ipsis etiam Lexieographis facta. Videatur Lexicon Fabri ex editione CELLARII, anno 1706. Miror, quod non eadem facilitate ipsa errata typographicæ, quæ in scriptis meis passim cum tedium conspicio, mihi objiciantur. Ego certe armis ejusmodi nunquam pugnabo. Ceterum quæ ex amici epistola ad me data retuleram de oppositione Rectoris Magnifici, adversus D. Neumannii disputationem Anti-Spenerianam, ille a me interrogatus denuo confirmavit. Ego quidem facile crediderim, ipsum pro SCHURTZFLEISCHII SPERLINGII nomen scripsisse. Hic vero eruditissimus vir, Schurzfleischius, si eo tempore functus est Rectoris Academicæ officio, & quod ipse Dn. Editor confirmat, opponentis partes sibi sumvit, utrum hoc ea in parte, quæ ad Speneri innocentiam pertinet, serio fecerit, an vero tantum pro more disputantium simulato; prudentes dijudicent, in primis illi, qui norunt, quanti SCHURTZFLEISCHIUS SPENERUM estimaverit, & quantum ab indignissima nonnullorum Wittenbergensium Speneromachia abhoruerit. Quid? quod rei narratæ hanc subjeci cautelam: *Si quis vero aliquam hujus rei circumstantiam se rectius nosse, putaverit, huic ego non repugnabo, iudicio reliquorum tunc præsentium auditorum conscientiae relictio.* Cujus clausulæ meæ, cautissime adjectæ, non solum nulla fuit habita ratio, & repetita mentio, (quam tamen vel naturalis æquitas postulabat;) sed præterea ita responsum est, præcipue ab interveniente quodam Theologo, ut, quantum in conviciis, impotenti iracundia affectu protrusis, præsidium sit illi de *fide* sententiæ, pro qua ab adversa parte tantopere depugnatur, quilibet prudens facile observet.

## §. VIII.

In alma Academia Wittenbergensi nequaquam deesse æquos Speneriani nominis estimatores, inter alia documento publico, quod superiore anno prodit, denuo confirmatum est. Cum enim Spenerii nepos, vir excellentissimus, CAROLUS OTTO RECHENBERG, jam in Academia patria Professor Ordinarius, a-eade-

cademico Doctoris axiomate Wittenbergæ ornaretur, Magnificus Jurisconsultorum Ordo, quo loco Candidati sui avum habeat, publico programmata testatus est, collaudans scilicet, ipsum suisse Theogum incomparabilem, quem etiam Reges & Principes, dam viveret, sint venerati, ejusque vocem ac stylum in afferenda vera, non larvata, pietate & sancta fide nostra admirati n. r. λ. Quomodo hæc cohærent cum iniquissimo non nullorum Theologorum iudicio? Si SPENERUS non larvatam, sed veram, pietatem afferuit; ergo impuratio de promotopietismo, tanquam nova secta, quæ tantum pietatis larvam habeat, est mera criminatio, ipseque pietismus fabula est. Si Spenerus voce ac stylo in afferenda sancta fide fuit occupatus, certe tota Speneromachia, qua is per omnes fidei articulos grandis heterodoxiae postulatus est, quædam quasi Σενερωτικα fuit, totaque Wernsdorffiana disputatio, qua dira ista Speneromachia continuatur, & quidem uti ipsa perhibet, PRO MORE, a fronte usque ad calcem calumniæ crimine ac dedecore laborat. Si Spenerus ob sua sanctæ fidei ac veræ pietatis studia ipsis etiam Regibus ac Principibus venerabilis fuit atque admirandus, quis prudens non nullorum inquietorum hominum Φλαμπιας, in Spenerianum nomen maledicas, curabit. Ecce! ergo testimonium pro Speneri innocentia domesticum, Wittenbergæ in scripto publico & solenni, integri, ejusque Amplissimi, Collegii nomine ac consensu datum, ideoque Sperlingiano illo, seu Schurtzfleischiano, quod tantis cum conviciis negatum, aut in dubium vocatum fuit, majus & luculentius. Finem huic membro imponam egregio illo Spenerianæ innocentie documento, quod nuper admodum in Pomerania Svecia editum est, & quidem ab integro aliquo & illustri collegio. Cum enim Vir Summe Rev. D.D. PRITIUS, Gryphiswaldia Francofurtum esset discessurus, Illustre Dicasterium Regium ipsum communi nomine epistola profectum est propempsita, quæ de Francofurtano Speneri loco ipsi gratulans - an einem solchein Ort/inquit, an welchem ehemahlen ein solcher Vorgänger die Stelle eines Senioris bekleidet/ dessen Nachme NB. allen verstockten Verläundern zu Troz/ das wahre Zion zur anfechtigen Liebe und einem seeligen Nachwandel Christiangemahnet und geführt. Videatur epistola in Pritiana editione scripti D. MAYERI, Speneromafsigis,

cui titulus: Was wilt du lauffen/ mein Sohn ? Vident ergo Speneriani nominis osores, & fabulae pietisticæ actores, quantum hæresiopoeia sua, suisque criminacionibus, apud prudentes proficiant. Sapienti sat!

## MEMBRUM II.

DE

### FASTU DISPUTATORIS.

§. I.

**A**pellat me contemtim *hominem e trivio*, miratus, *me e trivio*, quod vocat, ad Professionem Theologiae vocatum, & existimans, magnum intercedere dignitatis hiatum, seu intervallum, inter munus meum Berolinense & Hallense. Id quod quanto dicatur fastu professorio, nemo pudens non videt. Nec mihi, quod spero, vitio vertetur, quod cum Apostolo Paulo adversus obrectatorum ἔχθρων, ab ipso 2. Cor. XI. XII. depulsum, cogar hic nonnulla loqui κατ' αὐθεων, alias non commemoranda. Cum per aliquot annos Gymnasio Berolinensium Fridericiano præfuisse, jam tum ante hos duodecim annos Halam vocatus sum ad munus aliquod Theologicum, tum adhuc extraordinarium. Hala, ubi solennibus auspiciis coram universo senatu Academico jam in illud immissus fueram, redux intellexi, id agi, ut annuente Serenissimo Berolini retinerer. Hunc in finem pro Serenissimi Borussiae Regis, tunc Electoris, nutu, mihi offerebatur Pastoris munus eadem in urbe, simul denuo demandata Gymnasii directione; et si in locum meum jam tum alijs vocatus esset: qui etiam in officio meo pristino ita permanisit, ut mihi superius rerum scholasticorum moderamen relinquaret. Et cum ab earum ephoria mox sponte sua aliquis verbi ministrorum recederet, ego ex eo tempore Gymnasium ita rexiri, ut omnino simul Directoris, qui alias Scholaria vocatur, officio fungerer, idque pro nutu Regio, qui mihi de-

nuo

nuo Recturam cum plena collegii directione commiserat: concedebatur etiam, ut pro arbitrio meo mihi ipse eligerem lectiones, quot & quas in Collegii commoda obire possem ac vellem. Elegi itaque eas, quæ cum munere pastorali præ ceteris erant cognatae, h. e. præcipue Theologicas & Hebreas. Nec ignotum est, quantum Berolinensis Gymnasia a minorum oppidorum scholis discrepant. Etenim ex Scholis & Gymnasii aliis juvenes vel viginti amplius annorum, ad vitam Academicam ex parte jam maturi, ad superiorem alicujus Gymnasii classem accedunt, inter alia etiam regiae urbis magnificentia & celebritate invitati. Et cum horum fere centum in uno coetu haberem, cum ipsis, adhibita hypodidascalie opera, non tantum quovis biennio integrum Hebraeum codicem prælegendo absolvvi, sed etiam, præter theologiam theticam, succincta exegesi per annos duodecim Novi Testamenti epistolas aliquoties enarravi, singulisque hebdomadibus ordinarie exercitium aliquod disputatorium habui; quemadmodum, præter testes bene multos, quos auditores habui, ipsiusque urbis incolas, lectionum ac disputationum indices, præcipue illi, qui posterioribus annis editi sunt, manifeste testantur. Et ad munus quidem ecclesiasticum quod attinet, notum est inter omnes, Marchicarum rerum haud ignaros, ejusmodi munus ob coetus frequentiam, ipsiusque urbis celebritatem, haud haberi ignobilius una ex iis ephoriis ecclesiasticis, quæ in minoribus per Marchiam oppidis sunt.

## §. II.

Quæ cum ita sint, videt prudens lector, quanto cum professorio fastu D. Wernsdorffius munera mea pristina despiciat, & quam fese turpiter det hoc suo judicio. Vident quoque urbium, etiam celebriorum, Pastores & Gymnasiorum Rectores, quantopere abesse putentur a fastigio illo professorio, aut potius papali, e quo ipsos hic vir despicit; vident, quo loco habeantur. Qui hujus Theologi tumor quam absurdus sit, fortasse solus non agnoscit. Si enim ibi, ubi discipulus scholasticus definit, incipit academicus; cur non, ubi definit doctor scholasticus, præcipue majoris & frequentioris collegii, incipiat doctor academicus? & quidni ex officio ejusmodi scholastico detur transitus ad academicum, citra saltum? Et

H 3

quid

quid quæso ipso usu magis est confirmatum? Aut si illud officium, quo quis ampliori Gymnasio præst, non nisi ex longiori intervallo academicæ dignitatis fastigium attingere creditur; quo loco habendum erit officium ecclesiasticum, & quidem frequentissimi coetus & celebrioris urbis? Si vero ego ob pristinorum munerum rationem despiciendas non fui; ecce, cum exigno despiciens honore, tantopore despicio & ex trivio vocatus dicor? Quo impotentis animi fastu ipsa munera, quæ gessi, per se honestissima & satis ampla, agrestem in modum contemnuntur, & quidem denuo, postquam *hic*, ut cum Joanne Epist. 3. v. 9, 10. loquar, Diotrepheς φιλοτεχνέων Φλυαρᾶς, ob eundem tumorem a me jam tum in Dissertatione mea Elenchitica in ruborem datus est. Quod si vero ipsa munera mea Berolinensis contemnda non fuerunt; nec persona, quæ iis præfuit, poterit despici, nisi probetur, eam iisdem imparem fuisse, eaque infideliter administrasse. Id quod quando prætumidus adversarius probare aggreditur, erit ἀλλοτριοεπίσκοπος, qui supercilio suo etiam res Berolinensium curare sibi præsumat; si vero non probat, & tamen contemnit, hæret in *calumnia*. Ego quidem mihi ipsi Berolini nullus fui, & adhuc sum per Dei gratiam; sed tamen ea munera meorū Berolinensium fuit ratio, ut priusquam a venerandis Collegis meis ad Professionis Theologicæ societatem expetebat, Berolini crederetur, mihi sine saltu committi posse *Ephoriam* totius Pomeraniae Brandenburgicæ generalem in ecclesiasticis; quam ex desiderio procerum Pomeraniae mihi in aula Borussica haud obscure destinatam fuisse, præter litteras publicas, totumque fere Berolinum, eucharistica *Commentarii* mei *Petrini dedicatio* testatur. Possem hic longum pertexere catalogum eorum. Verbi ministrorum, (ut de Gymnasiorum Rectoribus nihil dicam) qui ex oppidis minoribus, ipsique agris, ad cathedram theologicanam, etiam Wittenbergensem, fuerint evocati; sed nolo papali hujus viri fastu, denudando, cum omnibus conspicuus jam sit, hac in parte diutius immorari; in primis cum hujus rei tractatio mihi sit tædio.

§. III.

## § III.

Præterea vocor *homo ineptissimus*. Quod superbum convictionem co fero moderatius, quo minus *inavertit* famam adfecto. Quandoquidem vero illud in ipsam muneris mei, quod in Dei nomine, & Serenissimi Borussiæ Regis auspiciis, gero, rationem injurium est, non possum non, rursus cum Paulo εἰ ἀφοσύνη λέγων (2. Cor. XI. 21.) istud paucis discutere. 1. Qua veri specie criminator, etiam imperitis, probabit, eum esse ineptissimum, qui in celeberrima, doctisque viris affluente, urbe, Gymnasio, in cuius clasfe superiore lectiones Academicæ certis in materiis seu scientiis tractatae sunt; nec non qui muneri ecclesiastico ita præfuit, ut non solum nunquam ineptitudinis fuerit incusatus, sed etiam (quod præfisci ni dixerim) non sine applausu docuerit, ita ut a superioribus non haberetur indignus, cui munus majus seu amplius concrederetur; qua, inquam, veri specie, hunc probabit esse ineptissimum? 2. Unde demonstrabit, me officio meo professorio hic non fecisse satis, aut illi imparem fuisse? Quando hoc probare volet, rursus erit αλλατριοεπίσκοπος, utpote cui nec Deus, nec potentissimus Borussiæ Rex, mei, rerum mearum, inspectionem Academicam commisit: quam diu vero illud non probat, & tamen, me ineptissimum esse, generatim in cathedra declamat, est manifestus criminator. 3. Quod si ego ineptissimus sum; cur Wernsdorffiani symmachi passim in scriptis suis, etiam inter maledicta, contrarium affirmarunt? Quorum testimoniorum catalogum ut hic pertexam, non fert instituti mei ratio, meique animi indoles. Ecce tamen unum, instar omnium, idque domesticum, seu Wittenbergense. CL. WOLFIUS, nunc Wittenbergensis Professor, cum ante aliquot annos, præceptorum suorum ductum adhuc secutus, multis innocentibus viris *absurda* affingebret, in ipsa malevola mei mentione ac censura plus mihi *inavertit* tribuit, quam Wernsdorffiana haec insultatio demere potest. Qui vir postquam a cœpto isto scribendi genere laudabiliter remisit, exemplo suo comprobavit, fieri non posse, ut solida eruditio istud viris bonis insultandi cacoëthes ferat aut alat. 4. Dum D. Wernsdorlius perget, maledicas disputationes (præter quas orbis litteratus nihil fere haec tenus ab ipso prodicisse vidit,) edere, iisque permanet.

gnam



gnam suam *inavertit ostentare*, fortasse ego pro ineptitudine mea pergam suas adversariis Speneromachiaæ suæ ineptias cōrūm facie ecclesiæ detegere, imprimis vero in nonnullos utriusque sacri codicis libros solidam *Exegetin* scribere. Ad polemicum quidem scribendi genus quod attinet, mallem, ut mihi per adversarios domesticos liceret, divino auxilio exsequi propositum religionis Christianæ veritatem, & in hac veri atq[ue] ex essentia Parris geniti æterni Filii Dei divinam gloriam atque majestatem, adversus Atheos, Scepticos, Naturalistas, Judeos ac Socinianos, denuo adstruendi & vindicandi; quandoquidem pro temporum nostrorum ratione frequens publici pro veritate hac testimonii repetitio necessaria, saltem utilissima, esse videtur.

## §. IV.

Quod si gradus, quem vocant, academicī defectus etiam in contemnū occasionē arripitur, uti haud obscure e disputatoris verbis constat; habent sapientes, quod in fastu hoc doctorali, ut ita loquar, absurdoque porro detestentur. Et hi jam dudum mirantur illam non nullorum futilitatem, qua isti, ut uni e venerandis meis collegis, cui, sic volenti, gradus hic theologicus itidem deest, ægre facerent, ejus nomen scribere solent cum charactere illo philosophico, qui est in littera M. & quidem non raro vel in eadem pagina, qua nomini certi cujusdam symmachi & philosophiæ magistri, qui tantum in Gymnasio docet, Professoris titulum præmisserunt. Sic, postquam me Berolini degentem, nunquam, quod sciam, *avertit ostendit* Icripsierunt M. Langium, utpote non ignari, me ordinarie a charactere hoc, ubi usus ejusdem mihi nullus restitit, abstinuisse; nunc mihi, in cathedra theologica docenti, philosophico hoc M. insultare gestiunt, aut potius ineptiunt. Quam animi impotentiam quis prudens adprobabit? Et quis necit, gradum ejusmodi nominalem publico professori nihil vel genuinæ dignitatis, vel scientiæ ac *inavertit*, per se addere, aut, si desit, demere posse? Omnis enim Professor est Doctor *naturæ* & *experiæ*, geritque officium axiomate isto scholastico superius; sed non omnis Doctor, titulotenus talis, est Professor. Ipsum hunc motrem academicum, in se consideratum, seu a vulgari abuso separatum, a me nequaquam improbari, sed in medio relinquī, inter alia mant-

manifestum est ex iis, quæ hac de re System. Part. III. p. 141. 142. scripsi. Utantur alii libertate sua gradum academicum in Theologia expetendi & gerendi : nihil invidebo. Mihi vero remaneat libertas, pro libitu meo ab eodem cum MELANCHTHONE aliisque vel plane abstinenti, vel ejusdem usum diutius differendi.

## §. V.

Plura Wernsdorfianum tumoris, rusticitati morum juncti, documenta hic afferre superfedeo. Quando pro eadem mentis suæ indole dicit, se silere velle ; bene monet : nam *mala causa silenda est*. Criminetur porro per promachos suos, quantum velit : non nocebit mihi, sed sibi ipsi. Veniet tempus, quo ipsi coram supremo judice, tantopere in servis suis læso, epistolæ suæ, totiusque disputationis famosæ, plane scurrilem in modum scriptæ, reddenda erit ratio. Cujus reatus gravissimus ut seria male dictorum, malefactorumque, poenitentia tollatur, ex animo precor, ipsique disputatori pro cumulatis injuriis cumulatissimam divinæ gratiæ mensuram exopto, & quidem animo quieto ac placidissimo, quo hanc apologiam meam inchoavi & perfeci.

## §. VI.

Ceterum quid de Fechtiana epistola, summe Reverendis Theologis Argentoratensis inscripta, judicandum sit, facile liquet. Pars illius posterior præter palpum, si commendatum respicias, a vero alienissimum, scatet calumniis adversus innocentissimos viros, qui dicuntur *orthodoxiam in merum ludibrium convertere, marremque suam, ecclesiam, Vatiniano odio prosequi, religioni omni bellum indicere, & indifferentismo patentem aperire portam*. Quæ non in nocentes solum, sed etiam in innocentes, & in hos præcipue, dici, vel inde manifestum est, quia simul provocatur ad armorum Ferberianorum primitias : quæ quales sint, & quibus fuerint oppositæ, vel e sola disputatione hac ultima abunde constat. Inter reliquos, quos Fechtiana criminatio sine causa pungit, quanto pere ego ab indifferentismo, fanaticismo, omnique *draconia*, abhorream, & quanti præstantissimum purioris doctrinæ depositum, quo ecclesia nostra e Dei munere gaudet, faciam, singula scripta mea abunde testantur : idem nuper testatus est liber meus, die Rich-

tige Mittel-Strasse zwischen den Abwegen der Absonderung von der äusserlichen Gemeinschafft der Kirchen/ auch anderer Lehre und Lebens-Irrungen/ wie auch der Päpstischen Bezemacherey und der damit verknüpften falschen Lehre einiger unruhigen und wiedriggesinneten Theologorum. E parte hujus scripti posteriore, qualis Theologus D. Fechtius sit, abunde patet. Cujus indignissima Speneromachia quin Summe Rev. Theologorum Verbique Ministerorum Argentoratensium Ordini displiceat, non dubito. Spero etiam, Fechtianam hanc prosponesim, quia turbanda potius, quam tranquillandæ ecclesie apta est, una cum VVernsdorffiana, apud Argentoratenses eodem loco habitum iri, quo olim habitum fuit clasicum illud Neumannianum, in certa aliqua alicujus scripti, ipsis parum grati, dedicatione sublatum, Misereatur Deus ecclesie suæ, eosque, qui aut pietatis, aut orthodoxie, studio prepostero eam turbant, propter Christum in viam medium reducat! Amen!

## Ob fugam vacui hic sequentia subjungo.

I. Exemplum Edicti Regii in fabulæ Pietisticæ causa.

**F**riedrich König in Preußen / u. s. w. Es ist bekant / was imassen vor einigen Jahren in denen Evangelischen Kirchen in Deutschland hin und wieder unter etlichen Theologis einige Misverständniß über verschiedne puncte, das wahre Christenthum betreffend/ entstanden; indem diejenigen / so auff einen erbaulichen/ rechtschaffnen/ christlichen Wandel gedrungen/ von andern / als irrige und verdächtige Lehrer unter dem Rahmen der Pietisten / und ihre Lehre der Pietisterey/ ausgerufen und beschrien worden: Wann uns nun des Landgrafen zu Hessen Darmstadt Liebde freundlich zu verschen gegeben/ daß dergleichen Misshelligkeiten auch in der Stadt Giessen unter einigen Geistlichen sich hervor gethan / und ihre Liebde die Sche umständlich untersuchen lassen/ uns auch darbei ausführlich Nachricht ertheilet/ dabey aber berichtet/ daß alda spargiret worden / ob wäre in einigen unsern Ländern verboten/ daß niemand auff die Universität zu Giessen/studirens halber ziehen/ oder wiedrigen fals keine Beförderung zu hoffen haben solte: Und weil den von solchem Verbothe nichts bekant ist/ Wir auch nicht muthmaßen/ daß

dass ohne unsern Vorbewusst dergleichen werde ergangen seyn ; Als bes  
fehlen Wir euch in Gnaden hemit / die Versehung zu thun / dass nie  
mand / welcher sich studirens halber nach Gießen zu begeben willens  
ist / aus vorerwehnter Ursache davon abgehalten / noch deshalb  
die Besförderung versaget<sup>2</sup> / auch sonst keine aufrichtige und from  
me Theologi unter dem Rahmen der Pietisten oder Pietist  
rey angefochten und verketzt werden mögen. Und weil wir  
vernehmen / dass auch bereits in Königsberg einige geistliche und  
Prediger sich dieser von den Wittenbergischen/und einigen andern  
Theologis , in specie D. Schelwigen zu Danzig/erregten ärgerlichen  
Zänckerey theilhaftig machen/ und auff die so genannten Pietisten  
und Pietisterey / von den Cantzeln zu debacchiren beginnen/ so habt  
Ihr ihnen solches ernstlich zu untersagen / und dahin zu sehen/  
dass solches nicht ferner geschehen möge. Daran &c. Gegeben zu  
Cöln an der Spree den 1. Dec. 1695.

An die Königl. Preußische Regierung.

II. Excerpta e Theologorum Giessensium scripto apologetico,  
Lehe- und Ehren-Rettung / wieder die falsche und ungewiss  
senhaftre Beschuldigung / Theologis Rostochiensibus op  
posito :

Pag. 43. Dass der Pietismus, so ferne er die Freiheit des thätigen  
Christenthums ist/ keine Secte sey/ ist bis daher mit grossem Ernst bestit  
ten/ auch das contrarium noch nicht erwiesen/ und kan von rechtschaffnen  
Theologis unsrer Kirchen nicht statuiret werden / weil sie dadurch die  
ganze Theologiam, die ein habitus practicus ist/ über einen haussen werf  
fen/ und den Grund des Christenthums umreissen. Der Ungrund der  
Beschuldigungen hat sich genug an den Tag gelegt. Herr D. Spener  
und andere rechtschaffne Theologi habens deutlich bezeuget. Christ  
liche Potentaten/ Fürsten und Herrn/ haben in ihren Landen viele com  
missiones und inquisitiones desfwearen angestellet / und befunden/ dass  
sich nichts im geringsten von der sectirischen Pietisterey hervor gehan/  
und daher solches öffentlich declariret/ auch durch scharffe Edicta ver  
botchen/ mit dem Rahmen der Pietisten / Gottes und ihre Diener  
zu belegen / wie insonderheit auch rühmlichst unser Gnädigster Landes  
Fürst und Herr A. 1695. gethan. Solche publica testimonia, declara  
tiones und Edicta, müssen ja mehr gelten / als etlicher nugivendu  
lorum und declamatorum Babelische Confusio, die da / nach des Apo  
stels Judä Ausspruch v. 16. seqv. Rotten und Secten machen / die

murmeln und klagen über Verführung/ wenn man die Leute auff  
Gottes Wort führen/ und zum thätigen Christenthum anführen  
will ic.

Pag. 45. solche Doctores, die auff Mosis Stuhl sitzen/ ja in  
cathedra Papæ, und demnach infallibiles seyn/ deren symbolum ist:  
Wir haben Recht und Macht allein/ was wir setzen/das gilt ges-  
mein/wer ist/der uns soll meistern? Wir möchten vielleicht Herrn D.  
Schelwig darunter wohl zählen können/ als welcher in seiner *Synopsis*  
*Controversiarum* und *Supplemento* auch hin und wieder einen und andern  
von uns anzeigt und ansicht/ wiewohl ohne Grund und verleht/ und  
der damit anzeigen daß er feuchtig in Fragen sey (1. Tim. VI,4. denn nach  
Lutheri Auslegung/lügen ist allezeit feuch/und darf viel flickens und glo-  
sirens.) Wir lassen andere urtheilen/ ob er alles ganz bündig darge-  
than/ wie die Herrn Rostocker sagen/ oder ob nicht vielmehr nach seinem  
Buche/als einem fliegenden Briefe/ alle gottlose Theologi fromm  
und erleuchtet gesprochen werden; die aber wiedersprechen/ und ihnen  
zeigen/wie der Grund der wahren Licht-Kraft-Saft- und Bern.  
Theologie durch sein Gschwätz umgerissen werde/ verkehrte und  
gottlose Leute seyn müssen ic.

P. 66. Im übrigenda die Rostocker derer gottlosen ihre Theolo-  
gie so ernstlich das Wort reden/ und deren Warheit und Trefflichkeit  
durch die Exempel der Söhne Eli, Hophni und Pinehas, die nach der  
Übersetzung Lutheri böse Huben heissen/ die nicht nach dem Herrn  
frageen/oder nach dem Grund. Text/ Belials- Kinder/ die Gott nicht  
erkannt haben/ imgleichen des Bileams / des Lügen-Prophetens zu  
Bethel/ ja auch des Verräthers Judä/ kräftig zu erweisen vermeinen;  
so wollen wir ihnen nicht misgönnen/dass sie diese mit einander/als wah-  
re Theologos, unter sich aufnehmen und dafür halten. Wir aber bitte-  
ßen mit der ganzen Evangelischen Kirchen/ daß der Herr treue Arbeiter  
in seine Endte senden/ und seinen Geist und Kraft zum Worte  
geben wolle/Amen.

## ERRATA.

Pag. 7. l.6. lege: Dei servos, p. 8. l. 13. converso, ac. p. 9. l. 4. concilata, p. 25. l. 16. lege qua  
p. 23. l. 24. lege: sine fine, p. 23. l. 25. lege: qui, p. 24. l. 21. l. protestati, p. 25. l. 16. qua  
p. 27. l. 7. & deinceps est error in numero, p. 33. l. 7. lege: opposuit, p. 35. l. 2. lege:  
prostrato, p. 40. l. 18. benignitas, p. 40. l. 20. l. corroboratur, p. 42. l. 30. lege: eam, p. 44.  
l. 3. lege: Alcorani, p. 44. l. 8. Mahumedismi errorumque, p. 51. l. 29. lege: pro, p. 54.  
l. 2. lege: nimurum, p. 59. l. 26. lege: Suecica, p. 60. l. 12. lege: prudens, p. 62. l. 4. lege:  
ecclesiasticum, l. 27. deleatur punctum posterius, l. 31. leg. fastui, p. 64. l. 2. leg. ceram,  
l. 19. faciunt.

Fi Brg

ULB Halle


008 900 191


3



W 18







JUSTA  
**APOLOGIA,**  
QUA CUJUSDAM  
THEOLOGI WITTENBER.  
GENSIS  
maledicas φλυαρίας,  
in  
**B. D. PHIL. JAC. SPENERUM,**  
ALIOSQUE SINCEROS ET INNOCENTES THEO.  
LOGOS, SUMME INJURIOSAS  
discutit,  
SUAMQUE IPSIUS INNOCENTIAM  
DENUO IN APRICUM  
profert,  
**JOACHIMUS Lange**  
SS. Theol. in Regia Frid. Prof. Ordin.  
HALLÆ MAGDEBURGICÆ,  
PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.  
M DCC XII.

21

